


STL



# Monumenta Germaniae Paedagogica

Begründet von Karl Kehrbach

Herausgegeben

von der

**Gesellschaft für deutsche Erziehungs- und Schulgeschichte**

BAND XXXVIII

**Das Unterrichtswesen der Großherzogtümer Mecklenburg-Schwerin und Strelitz 1**

**Urkunden und Akten**
**nebst einem Überblick über seine geschichtliche Entwickelung**

**BERLIN**
A. Hofmann & Comp.
1907

Das

# Unterrichtswesen der Großherzogtümer Mecklenburg-Schwerin und Strelitz

---

Herausgegeben

von


Dr. H. Schnell
Oberlehrer in Güstrow i. M.

---

ERSTER BAND

## Urkunden und Akten
## zur Geschichte des mecklenburgischen Unterrichtswesens
## Mittelalter und das Zeitalter der Reformation

BERLIN
A. Hofmann & Comp.
1907






Published April 1, 1907.



WEIMAR. - HOF-BUCHDRUCKEREI.

*Der hochwürdigen*

***Theologischen Fakultät der Universität Rostock***

*in Dankbarkeit*

*gewidmet*

*vom Verfasser*

*Dr. H. Schnell.*

# Vorwort.

Später als dem Verfasser lieb ist, erscheint der I. Band der Geschichte des Unterrichtswesens in den beiden Großherzogtümern Mecklenburg, das Mittelalter und das Reformationszeitalter enthaltend; später als ihm lieb ist, wird auch der II, der das 17. und 18. Jahrhundert umfaßt, und der III. Band, der einen Überblick über die geschichtliche Entwicklung vom Mittelalter bis zum Schluß des 18. Jahrhunderts enthält, erscheinen können.

Der Grund dafür ist in den mangelnden Vorarbeiten zu suchen, die beim Mittelalter ganz vermißt wurden. Zudem hat der Druck der mecklenburgischen Urkundenbücher erst das Jahr 1393 erreicht, und wenn der Verfasser für das 15. Jahrhundert, das nicht überall ein saeculum obscurum genannt zu werden verdient, sich auch bemüht hat, die vorhandenen Urkunden zu benutzen, so kann er hier doch keine Vollständigkeit gewährleisten. Er muß vielmehr auf die in Aussicht genommenen Urkundenregesten des 15. Jahrhunderts verweisen und sich mit der Hoffnung begnügen, später hier und da aus diesen Nachträge zu sammeln, wenn auch nicht anzunehmen ist, daß sich noch wichtige Urkunden finden; scheint doch aus den vorhandenen und beigebrachten Urkunden mit einiger Sicherheit sich die Tatsache zu ergeben, daß die Urkundenschätze des 15. Jahrhunderts für das mecklenburgische Unterrichtswesen von besonderer Dürftigkeit sind, wobei die Schuld nicht an einem etwa anzunehmenden Verfall des Schulwesens liegt!

Andere wichtige Vorarbeiten, die vermißt werden, betreffen das Schulwesen in den Mönchs- und Nonnenklöstern des gesamten Mittelalters. Es bedeutet nämlich eine Lücke in der Geschichtsschreibung, daß die einzelnen Kongregationen die Geschichte ihrer unterrichtlichen Tätigkeit, wie sie sich aus den Ordensstatuten und sonstigen Anzeichen ergibt, noch nicht herausgegeben haben, und es bleibt der Gesellschaft für deutsche Erziehungs- und Schulgeschichte vor

andern eine dankbare Aufgabe, wenn sie das Mönchsschulwesen oder besser das gesamte mittelalterliche Schulwesen in den einzelnen Linien seiner Entwicklung zunächst in Angriff nehmen wollte. Verfasser will aber hiermit sich mildernde Umstände ausgebeten haben, wenn künftig Vorwürfe geltend gemacht werden sollten, etwa von der Art, daß er dieses oder jenes Ordensstatut nicht verwertet habe.

Diesen Mängeln gegenüber muß jedoch auf eine große Fülle von Literatur verwiesen werden, welche sich für das 16. Jahrhundert geltend macht. Fast alle größeren Schulanstalten unseres Landes sind im Besitze ihrer Geschichte oder doch wenigstens von mehr oder minder gut gelungenen Versuchen zu einer solchen. Diese bieten allerdings dem Forscher eine ganz wesentliche Hilfe. Allein nur sehr wenige dieser Darstellungen nehmen auf die archivalischen Quellen Bezug, und so bleibt die Aufgabe für den Verfasser dieselbe wie beim Mittelalter, nämlich den Quellen nachzuforschen, eine Arbeit, welche um so mühsamer ist, als eine große Dezentralisation in der Aufbewahrung der urkundlichen Nachrichten herrscht. Die wichtigste Fundstelle ist auch hier, wie sonst in der mecklenburgischen Geschichte, das Geheime und Hauptarchiv zu Schwerin; hinzu kommen aber auch das Hauptarchiv zu Neustrelitz, das Konsistorialarchiv daselbst, das Domarchiv zu Ratzeburg, das landständische Archiv zu Rostock, die Ratsarchive in den einzelnen Städten, die Superintendenturarchive, einzelne Pfarrarchive. Die Benutzung aller dieser war mir freundlichst gestattet. Die Schulschriftenliteratur, eine weitere wichtige Quelle, — leider fehlt es an einem umfassenden Verzeichnisse — suchte und fand ich in den Bibliotheken der einzelnen Anstalten und in den größeren Bibliotheken, nämlich der ständischen und der Universitätsbibliothek zu Rostock, sowie den Regierungsbibliotheken zu Schwerin und Neustrelitz.

Diesen Schwierigkeiten gegenüber erwies sich die Kraft des Verfassers, der durch seine amtliche Tätigkeit sehr in Anspruch genommen ist, als fast zu gering, und er fühlt sich deshalb für das Zustandekommen seines Werkes zu aufrichtigem Danke den Herren verpflichtet, welche durch Rat und Tat ihn immer wieder unterstützten, vor allem dem Herrn Geheimen Archivrat Dr. Grotefend, dem Herrn Archivar Dr. Stuhr, sowie den übrigen Herren Beamten des Geheimen und Hauptarchivs zu Schwerin, — den Herren Dr. F. Techen in Wismar, Dr. Dragendorff in Rostock und Dr. von Buchwald in Neustrelitz, die für ihn Urkunden aufnahmen, bezw. mit den Originalen verglichen, — den Herren Bibliothekaren in Rostock, Schwerin und Neustrelitz, — den Herren Verwaltern

der Anstaltsbibliotheken, insbesondere Herrn Professor Dr. Marquardt in Güstrow, — sowie endlich allen den Herren diesseits und jenseits der Grenze, welche auf briefliche Anfragen hin bereitwilligst Auskunft erteilten.

Endlich will ich nicht unterlassen, den Herren, welchen das Manuskript im ganzen vorgelegen hat, und die mir ihre Ratschläge dabei nicht vorenthielten, noch besonders zu danken, Herrn Geheimen Archivrat Dr. Grotefend zu Schwerin und Herrn Stadtarchivar Dr. Dragendorff zu Rostock, ferner dem Vorstand der Gesellschaft für deutsche Erziehungs- und Schulgeschichte, ganz besonders Herrn Archivrat Dr. Schuster, endlich dem Kuratorium der Gruppe beider Mecklenburg, Herrn Schulrat Dr. Strenge, Herrn Geheimen Regierungsrat Dr. Schröder, Herrn Archivar Dr. Stuhr zu Schwerin und Herrn Oberkonsistorialrat Praefcke zu Neustrelitz.

In betreff der Schreibung der Urkunden des Mittelalters verweise ich auf die Grundsätze, welche die Mecklenburgischen Urkundenbücher im I. Band auf Seite LVI aufgestellt haben. Ich habe also die Urkunden mit ganz unwesentlichen Abweichungen, die jedesmal angegeben sind, aus den Urkundenbüchern entnommen und habe auch für die Urkunden, die dort nicht abgedruckt oder noch nicht zum Abdruck gelangt sind, die Grundsätze befolgt: Gebrauch großer Anfangsbuchstaben nur bei Eigennamen und am Anfang, Beseitigung nachlässiger Worttrennung, sinngemäße Änderung der Interpunktionen, u. a. m.

Für das 16. Jahrhundert hat Verfasser sich nicht entschließen können, die Texte, wie er sie fand, herüberzunehmen. Er unterscheidet vielmehr zwischen Originalen und Abschriften. In ersteren hat er die Interpunktion verbessert und kleine Anfangsbuchstaben (außer in Eigennamen und am Satzanfang) gebraucht. In letzteren hat er dazu die Häufungen weggelassen, wo keine Anderung der Aussprache zu befürchten war, z. B. burg für burgk; aber gebett, dagegen arbeit für arbeitt. Alle grammatischen Fehler und die Wortformen sind gelassen, dazu gehört auch die Schreibung aw für au; dagegen ist wie auch im Mittelalter die Schreibung v und u, auch j zu Anfang vor einem Konsonanten, modernisiert. Modernisiert ist weiter in den Abschriften, wo keine Änderung der Aussprache zu befürchten war, also z. B.: Endsilbe ieren, kloster (statt closter), tat, jährlich (aus jerlich), ein (statt eyn), wird (für wirt) usw. usw.

Die Anordnung des gesamten Stoffes erfolgt nach dem „Kurzgefaßten Plane“ Kehrbachs, des Begründers der Monumenta, zu

dessen Gedanken sich Verfasser auch heute noch freudig und dankbar bekennt, in der Weise, daß die Urkunden, auch die bereits anderswo gedruckten, vollständig zum Abdruck gelangen, indem von der Erwägung ausgegangen wird, daß den Benutzern, Pädagogen, Historikern und Verwaltungsbeamten, nur die ganze Urkunde, kein bloßes Regest genügen kann, um so mehr als, abgesehen von dem Mecklenburgischen Urkundenbuche, die gerade nicht seltenen, aber auch nicht immer vollständigen und zuverlässigen Abdrücke einzelner Urkunden recht weit verstreut sind, — jedoch auch in der Weise, daß die Darstellung der Geschichte des Unterrichtswesens wenigstens in der Form des Überblicks über die geschichtliche Entwicklung in einem Band III versucht und dabei in zahlreichen Anmerkungen den Benutzern nicht nur die Möglichkeit zur Kontrolle des Verfassers, sondern auch zu weiteren Forschungen dargeboten werden soll.

Verfasser hat überall nach Vollständigkeit gestrebt; daraus erklärt sich die Aufnahme mancher Urkunde, die man sonst wohl unter dem Strich zu finden erwartet hätte. Verfasser hat überall die Gesamtgeschichte eines Territoriums, Mecklenburgs, vor Augen gehabt; daraus erklärt sich vielleicht die Aufnahme mancher Nachrichten, die rein territoriales oder gar lokales Gepräge haben. Aber die Geschichte des deutschen Unterrichtswesens setzt sich aus den Einzeldarstellungen seiner Territorien zusammen, und erst, wenn eine Gesamtgeschichte fertig ist, wird man beurteilen können, was in den einzelnen Darstellungen, weil Anlehnung, Nachahmung und einfaches Herübernehmen, weggelassen werden konnte. Bis dahin ist es sicherer, etwas zu viel als zu wenig zu bringen.

Der Überblick über die schulgeschichtliche Entwicklung neben den Urkunden endlich nimmt weder Abrundung noch Vollständigkeit für sich in Anspruch; sie begleitet die Urkunden und will zu ihrem Verständnisse beitragen. Daß sie beim Mittelalter einen breiteren Raum einnimmt, erklärt sich aus der Dürftigkeit der Vorarbeiten und der geringen Zahl der vorhandenen Urkunden. Eine zusammenhängende Darstellung des mecklenburgischen Unterrichtswesens, die formell und inhaltlich nicht nur den Ansprüchen einer pragmatischen Geschichtsdarstellung gerecht wird, sondern auch alle einzelnen Kapitel der Schul- und Bildungsgeschichte enthält, wird sich erst später ermöglichen lassen.

So viel aber wird aus den Urkunden und Akten dieses I. Bandes hervorgehen, daß man an der Wahrheit des Satzes nicht mehr zweifeln kann: Die mittelalterliche Kirche ist die Vermittlerin der

Bildung auch in Mecklenburg gewesen; die Kirche der Reformation hat ebenso den Unterricht der Jugend und des Volkes als ihre Aufgabe erkannt und diese in einem Umfange und mit einer Ordnung durchgeführt, die, an sich dem Mittelalter überlegen, zu immer größerer Vollkommenheit strebte.

Ein Verzeichnis der benutzten Literatur wie auch der in den drei Bänden erwähnten Schulbücher wird dem Band III beigegeben werden.

Güstrow, Wintersemester 1906/07.

**Dr. H. Schnell.**

# Inhaltsverzeichnis.

# II. Reformationszeitalter.

## B. Urkunden betreffend Zeugnisse, Anstellungen und Einkünfte der Lehrer . . . . . . 489—516

Das

# Unterrichtswesen der Großherzogtümer Mecklenburg-Schwerin und Strelitz

## Urkunden und Akten 1



# I

# Mittelalter



# A. Urkunden betreffend Schulgründungen, Schulpatronate, Schulordnungen.

## 1.

## Der heilige Ansgar kauft wendische Sklaven und Knaben, um sie zu unterrichten. 834—842.

Interim[1]) quoque dominus et pastor noster[2]) in diocesi sibi commissa et in partibus Danorum strenue suum implebat officium et exemplo bonae conversationis multos ad fidei gratiam provocabat. Coepit quoque ex gente Danorum atque Slavorum non nullos emere pueros, aliquos etiam ex captivitate redimere, quos ad servitium Dei educaret. Quorum quosdam hic[3]) secum retinuit, quosdam vero ad cellam praedictam Turholt nutriendos posuit: fueruntque cum eo hic ex societate vestra[4]) sancti patres nostri et magistri, quorum doctrina et institutione feliciter nobiscum religionis divinae crevit opinio.

... Eo quoque tempore[5]) quando cellam praedictam Turholt habuerat, quoniam omnis ei cura de vocatione gentium erat, ut eis in sua legatione prodesse potuisset, nonnullos pueros ex Nordmannis vel Slavis[a]) emptos in eadem cella causa discendi ad sacram militiam nutriendos posuerat, quorum quosdam praedictus Raginarius[6]), quando

---

**Zu 1:** Kap. 15 und ein Abschnitt aus Kap. 36 der Vita Sancti Anskarii a Rimberto et alio discipulo Anskarii conscripta. Scriptorum tom. II der Monumenta Germaniae historica S. 700. 720. Auch abgedruckt von Wigger, Mecklenburgische Annalen, Schwerinsche Schulschrift 1859, S. 14. 15. Zu dem Wert der vita überhaupt siehe Wattenbach, Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter I, Berlin 1904, S. 298.

Andere Lesarten:

a) Nortmannis vel Sclavis.

1) 834, als der Mönch Gauzbert in Schweden wirkte.

2) So schreibt der Biograph und Schüler Ansgars Rimbert.

3) In Hamburg.

4) D. h. das Kloster Korvey, aus dem Ansgar stammte.

5) 842 und folgende Jahre.

6) Ein fränkischer Großer. (S. Hauck, Kirchengeschichte Deutschlands. II. 1900. S. 598 und Anm. 2.)

illi[b]) cella ipsa data est, inde abstulit et ad suum servitium misit. Qua de causa cum nimium esset dominus episcopus anxiatus, post paululum visum est illi, quod venisset in quandam domum invenissetque ibi et venerandum regem Karolum et ipsum Raginarium, quos ipse, ut ei videbatur, de eisdem[c]) pueris increpavit, asserens, quod eos ad Dei omnipotentis servitium nutrire disposuerit, non ut Raginario servirent. . . . . .

## 2.

## Das Kloster Mikilinburg, die erste Bildungsstätte in Mecklenburg. [Nicht vor 967.]

Aldenburgensem[a]) sedem suscepit regendam venerabilis vir Ecwardus, qui multos Sclavorum convertit ad Dominum. Ordinatus est a sancto Adeldago, Hammemburgensi archiepiscopo. Crevit autem populus fidelium, nec fuit aliquid, quod novelle ecclesie adversaretur omni tempore Ottonum. Horum tres fuisse comperi omnes pari devotione erga Sclavorum vocationem[b]) affectos. Et repleta est omnis Wagirorum, Obotritorum sive Kicinorum provincia ecclesiis et[c]) sacerdotibus, monachis et Deo dicatis virginibus.[1]) Porro Aldenburgensis ecclesia dedicata fuit in commemoratione sancti Iohannis baptiste existens honore matricis ecclesie insignis. Michelinburgensis vero ecclesia fuit constructa in honore principis apostolorum Petri continens monasterium virginum. . . . . .

. . . Procreavit [regulus Obotritorum Billug] autem ex ea [sorore episcopi Wagonis et uxore Billug] filiam, nomine Hodicam, quam pontifex, avunculus eius, monasterio virginum contraditam et sacris litteris edoctam abbatissam prefecit virginibus, que degebant Mikilinburg, cum tamen necdum pervenisset ad annos. . . . . .

---

b) „illi“ fehlt. c) iisdem.

**Zu 2:** Aus Kap. 12 und 13 lib. I von Helmoldi Chronica Slavorum. Scriptorum tom. XXI der Mon. Germ. hist. S. 19. 20.

Andere Lesarten:

a) Aldenburgensen. b) erga Slavorum populos et vocationem eorum. c) „et“ fehlt. Zu Helmolds Chronik s. Wattenbach, l. c. II. S. 338—341, Berlin 1894.

1) Adam von Bremen drückt das in seinen Gesta Hammenburgensis ecclesiae pontificum, Mon. Germ. hist. Scriptorum tom. VII lib. II cap. 24 S. 314. 315 so aus: Ecclesiae in Sclavania ubique erectae sunt; monasteria etiam virorum ac mulierum Deo servientium constructa sunt plurima. Er beruft sich auf das Zeugnis des Dänenkönigs Sven.

## 3.

# Die endgültige Einrichtung der drei wendischen Bistümer.

[Harseveld 10. Oktober 1149 und 1154.]

Videns igitur domnus Hartwicus, Hammemburgensis archiepiscopus, quia pax erat in Sclavia, proposuit reedificare sedes episcopales, quas barbaricus furor olim destruxerat in Sclavia, scilicet Aldenburgensem, Racisburgensem[a]), Mikilenburgensem ..... Postquam igitur permittente Deo propter peccata hominum christianitas adnullata est in Sclavia, vacaverunt he sedes annis octoginta[b]) quatuor[1]) usque in tempora Hartwici archiepiscopi. Qui propter generis nobilitatem duplici principatu clarus magno studio enisus est pro recuperandis suffraganeis episcopis universe Dacie, Norwegie, Suedie, quos Hammemburgensi ecclesie quondam pertinuisse commemorat antiquitas. Sed cum obsequiis et variis largitionibus[c]) nil profecisset apud papam et cesarem, ne omnino careret suffraganeis, aggressus est iam pridem abolitos[d]) episcopatus Sclavie suscitare. Accitum igitur venerabilem sacerdotem Vicelinum Aldenburgensi sedi consecravit episcopum, cum iam esset etate provectus et mansisset in terra[e]) Holzatorum triginta annis.[2]) Porro in Mikilinburg[f]) ordinavit domnum Emmehardum, et consecrati sunt ambo in Rossevelde missique in terram egestatis et famis, ubi erat sedes Sathane et habitatio omnis spiritus immundi.

---

Zu 3: Aus Kap. 69 und 77 von Helmolds Chronica Slavorum lib. I in Scriptorum tom. XXI der Mon. Germ. hist. S. 63 und 69; auch abgedruckt in dem Mecklenburgischen Urkundenbuche, Urk. Nr. 49. 59. Die Überschriften lauten: 69: De Hartwico archiepiscopo. 77: De Evermodo episcopo.

Andere Lesarten:

a) Racesburgensem. b) octuaginta. c) legationibus oder donariis. d) obolitos. e) terram. f) mikinburg.

[1]) Nach der Anm. 1 zu Meckl. Urk. Nr. 49 rechnet Helmold nach alter Weise 1066 und 1149 mit in die Summe hinein. Da Vicelin nach Helmold Kap. 78 bei seinem Tode am 12. Dezember 1154 fünf Jahre und neun Wochen Bischof gewesen war, so fällt seine Weihe auf den 10. Oktober 1149 (nach Anm. 11 von Scriptorum tom. XXI S. 63 auf den 11. Oktober).

[2]) Nach Anm. 12 von Scriptorum tom. XXI S. 63 war Vicelin in Holstein nur 22 Jahre geblieben, von 1127—1149.

[1154.]

Nec hoc pretermittendum videtur, quod dilatante Deo fines ecclesie ordinatus est episcopus Racesburg[g]) domnus Evermodus, prepositus de Magdeburg, deditque ei comes Polaborum Heinricus insulam ad inhabitandum prope castrum . . . . .

---

# 4.

# Mittelalterliche Schulaufsicht.

**1160. 1248. 1333. 1354. 1382.**

**a.**

## Die Oberaufsichtsrechte des Erzbischofs von Hamburg in geistlichen Sachen über den größten Teil von Mecklenburg.

**Hamburg 1160.**

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Hartwicus dei gratia sancte Hamburgensis[a]) ecclesie archiepiscopus. Pastoralis officii nostri sollicitudo nos admonet pia antecessorum nostrorum studia considerare, et ne ipsorum religiosa facta ulla possint refragatione perturbari, cura vigili[b]) providere. Notum ergo[c]) esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod cum venerabilis pater et antecessor noster Adelbertus[d]) totius parochie sue diligentissimam gereret curam[e]), preelegit metropolin[f]) suam Hamburg, per sevitiam barbarorum propter evangelium Iesu Christi sepius vastatam et iam quasi iure postliminii[1]) reversam reformare et in statum pristinum revocare, fecundissimam illam matrem gentium considerans omnique devotionis officio venerandam, protestatus[g]) ei tanto maiorem offerri[h]) debere consolationem, quanto maiori plaga et propioribus[i]) insidiis et tam longiturna paganorum infestatione cribraretur. Que qualis et cuius sit meriti quibusve eam dignitatibus preferre debeamus, pontificum

---

g) in Racesburg.

**Zu 4a:** Meckl. Urk. Nr. 70. Nach dem Original-Transsumpte im Archiv zu Neustrelitz.

a) für Hamemburgensis, Hammenburgensis, Varianten. b) desgl. vigili cura. c) notum igitur. d) Adalbero. e) curam gereret. f) metropolim. g) protestans. Die folgenden Worte „fecundissimam — cribraretur" sind nach Meckl. Urk. Anm. aus Adam v. Bremen entnommen, III, 25. h) afferri. i) proprioribus.

[1]) = das Recht der Rückkehr.

et principum Romanorum apud nos deposita nos instruunt privilegia. Que idem venerabilis pater noster Adelbertus[k]) diligentius intuens, licet eadem ecclesia in sui vastatione nominis conservasset dignitatem, ut plene tamen in ea pristinum remansisse declararet[l]) honorem, ne propter temporis lapsum et frequentem paganorum insultum de libertatis sue titulo possit[m]) suboriri dubium, canonicos in ipsa restituit in omni libertate et iure metropolitico ipsi a sancte Romane ecclesie pontificibus et piissimis principibus concesso, usque ad vite sue excessum cum debita conservans reverentia. Nos ergo[n]), qui eandem ecclesiam, licet indigni, gubernandam suscepimus, factum eius per omnia commendantes et confirmantes, ut ex laboris nostri sollicitudine aliquid[o]) addicere videamur, quia iam suffraganeos habere desierat, quadam parte Slavie adiutorio nobilis viri Henrici ducis Saxonie devicta, tribus[p]) suffraganeis scilicet Lubicensi, Raceburgensi et Zwerinensi ipsam decoravimus auctoritate sedis apostolice, cuius legatione fungimur, statuentes, quatenus predicte ecclesie novelle ad Hamburgensem ecclesiam tanquam ad metropolin[q]) suam in omnibus respectum habeant et ut matrem debito honore venerentur, necnon eiusdem sedis archiepiscopo tantum[r]) secundum canonum sanctionem[s]) debitam obedientiam et reverentiam exhibeant. Iura etiam et consuetudines tam Bremensis quam Hamburgensis ecclesie, que post unionem ipsarum fideliter ab antecessoribus nostris suo tempore servate sunt et que[t]) maxime propter viarum et aquarum pericula et locorum distantiam ad commodum utriusque provincie provide institute sunt, in perpetuum servandas decernimus, ita ut in Hamburgensi ecclesia[u]) semel in anno cum suffraganeis, prelatis, clericis, nobilibus, liberis tantum Cisalbinis provincialis synodus, in Bremensi vero, sicut consuetum est, suo tempore tantum cum Transalbinis generalis synodus celebretur. Ut autem predicta omni evo rata et inconvulsa[v]) permaneant, presentem cartam scribi et sigilli nostri impressione signari fecimus. Ne quis autem hanc nostre confirmationis paginam infringere presumat, sub anathemate et districti iudicii interminatione prohibemus. Actum Hamborch, anno dominice incarnationis M°C°LX°, indictione octava.

---

k) Adelbertus fehlt auch. l) declarans. m) posset. n) nos igitur. o) aliquid eidem oder eidem aliquid. p) itaque [fehlerhaft, tribus in fast allen Handschriften]. q) metropolim. r) tantum fehlt auch. s) sanctionem exhibeant debitam oder sanctiones exhibeant debitam. t) quam. u) Hamburgensis ecclesia, auch in H. ecclesia. v) et inconvulsa fehlt auch.

b.

## Das Aufsichtsrecht des Domscholastikus zu Schwerin über das Schulwesen des Sprengels.

W.[1]) dei gratia Zverinensis ecclesie electus et confirmatus omnibus presens scriptum visuris salutem in domino. Notum esse volumus omnibus, ad quos presens pagina pervenerit, quod nos gratiam, quam dominus Rodolfus prepositus, quondam scholasticus Zverinensis, circa personam Iohannis, exhibitoris presentium fecit, eandem quoque gratiam magister Nicolaus, nunc existens scholasticus, exhibuit, porrigendo videlicet eidem scholas in civitate Parchem, auctoritate nostra duximus confirmandam. Ne igitur super eiusmodi porrectionis beneficio possit in posterum dubitationis scrupulus provenire, presentem ei paginam scribi fecimus, sigilli nostri robore communitam. Datum Warin, anno domini M°CC°XLVIII°. idus Maii, per manum Theodorici capellani nostri.

c.

## Die Gegenstände einer erzbischöflichen Visitation im Bistum Schwerin.

Lübeck, 8. Dezember 1333.

Borchardus dei gracia sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus universis sub sua iurisdiccione constitutis, quorum interest seu interesse poterit, seu quos presens negotium tangit vel tangere poterit quoquo modo, salutem in domino. Cum venerabilem fratrem nostrum dominum Ludolfum episcopum Zwerinensem et canonicos Zwerinenses rite et legitime visitaverimus secundum canonicas sanctiones et huiusmodi visitacionis officio seu negocio circa alias personas ecclesie, civitatis et dyocesis Zwerinensis ex certis et legitimis causis ad presens vacare et intendere personaliter nequeamus, religioso et honorabili viro domino Hinrico preposito Novi Monasterii, nostre, ac discreto viro Hinrico de Zwerin, rectori ecclesie in Luthkenborch, Lubicensis dyocesis, et cuilibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, sed quod unus inceperit, alter possit prosequi libere et finire, in huiusmodi visitacionis officio seu negocio ulterius excercendo circa personas

**Zu 4b:** Meckl. Urk. Nr. 7171. Nach einer Abschrift aus dem Anfang des 17. Jahrh. im Geheimen und Hauptarchiv zu Schwerin.

[1]) D. i. Wilhelm.

**Zu 4c:** Meckl. Urk. Nr. 5468. Nach einer vom Original, das sich im Geh. Archiv zu Kopenhagen befindet, genommenen Abschrift.

per nos non visitatas ecclesie, civitatis et dyocesis predictarum presentibus plenarie committimus vices nostras, dantes eisdem et eorum cuilibet plenam et liberam potestatem inquirendi, corrigendi, puniendi crimina, excessus et delicta et negligencias cleri et populi, prelatorum, prepositorum, collegiorum et conventuum, monasteriorum, plebanorum, ecclesiarum rectorum, vicariorum perpetuorum seu temporalium, clericorum, laycorum seu personarum quarumcunque, cuiuscunque dignitatis, preeminencie, status, gradus aut condicionis existant, ecclesie, civitatis et dyocesis Zwerinensium, episcopo et canonicis ecclesie Zwerinensis dumtaxat exceptis, et in hiis reformandi, que fuerint reformanda, ac omnia alia et singula, que circa premissum visitacionis officium seu negocium necessaria fuerint vel oportuna, et que nos personaliter facere possemus, si huiusmodi officium seu negocium per nos excerceremus, eciamsi mandatum exigant speciale, contradictores et rebelles et inpedientes auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam compescendi. In quorum testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Lubeke, anno domini M° CCC° XXX° III°, feria quarta post festum beati Nicolai episcopi et confessoris.

d.

**Befugnisse eines Archidiakons im Archidiakonat Doberan.**
Rostock. 27. Juni 1354.

In nomine domini, amen. Omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Andreas miseracione divina Zwerinensis ecclesie episcopus salutem et rei geste agnoscere veritatem. Cum ea, que ad divinum coetum ampliandum sacris locis sunt applicata racionabiliter et donata, merito debent integre conservari et, si quoquo modo collabi contigerit, cum diligencia reformari, hinc est, quod nos solempni tractatu prehabito omnes libertates, decimas, omnia iura et bona monasterii Dobranensis, Cisterciensis ordinis, nostre diocesis, a predecessoribus nostris felicis recordacionis Bernone, Brunwardo, Rodolpho et Hermanno, olim ecclesie Zwerinensis episcopis, concessa, donata et indulta, prout in litteris eorum clarius elucescit[1]), presentibus innovamus, approbamus et auctoritate ordinaria confirmamus; et omnia et singula predicta grata et rata reputantes et

**Zu 4d:** Meckl. Urk. Nr. 7963. Nach dem Original im Hauptarchiv zu Schwerin.

[1]) Gemeint sind die Nummern des Meckl. Urkundenbuchs, Nr. 122 (Bestätigung Bernos von 1177), Nr. 380 (Brunwards von 1230), 406. 746 (Rudolfs I. von 1255), Nr. 992 (Hermanns I. von 1263), 1297 u. a.

habentes, quantum ad nos pertinet, ut premittitur, pleno iure cum banno et iure sinodali ac ecclesiarum istarum, videlicet Cropelin Stevenshaghen, Parchentin, Stobelow et Redewisch, que olim fuit in Ravenhorst, cura et ordinacione, collacione, clericorum institucione et destitucione, investitura, iuridicione ecclesiastica et quibuscunque aliis ad premissa necessariis seu quomodolibet oportunis efficaciter confirmamus, addicientes, quod abbas monasterii Doberanensis, qui pro tempore fuerit, per se vel per alium seu alios libere possit curas dictarum ecclesiarum et ipsas ecclesias conferre[2]), clericos instituere et, si opus fuerit, destituere, inquirere, corrigere, iuridicionem exercere, synodo presidere, visitare[3]) et alia ad officium archidiaconi pertinencia[4]) exercere, reservantes tamen nobis et nostris successoribus in predictis ecclesiis visitacionem clericorum et laicorum ac caritativum subsidium, cum ea per totam nostram diocesin generaliter celebrari, peti et prestari contigerit[a]) in futurum. Et ut premissa omnia et singula perpetua gaudeant firmitate, presentes litteras nostri sigilli munimine duximus roborandas. Datum et actum Rostoc, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, mensis Iunii die vicesima septima, presentibus discretis viris dominis Hermanno Witten, canonico Pragensi, Gherardo Heket, rectore ecclesie in Stevenshaghen[b]), Iancone de Czarnecow, canonico Butzowensi, nostro notario, et aliis quam plurimis testibus fide dignis.

e.

## Bischöfliche Kirchenvisitation zu Ratzeburg.

[Ratzeburg. 18. Mai 1382.]

In nomine domini, amen. Anno a nativitate eiusdem M°CCC°LXXXII°, indictione V[ta], mensis Maii die XVIII[a], in qua occurrebat dies dominica infra octavas ascensionis domini, hora vesperarum seu quasi, pontificatus sanctissimi in Cristo patris ac

---

**Zu 4d:**

a) contingerit. b) Stevenschaghen.

[2]) ecclesias conferre = Patronatrecht, das also vom Archidiakonat auszuscheiden ist.

[3]) Der Archidiakon hatte also das Visitationsrecht, jedoch bedang der Bischof sich ebenfalls die Visitation aus, wenn er eine solche im ganzen Lande veranstaltete.

[4]) alia ... pertinencia. Nach den Dekretalen (bei Richter-Dove, Lehrbuch des katholischen und evangelischen Kirchenrechts. 1886. S. 453 Anm. 5) fehlt noch: Verwaltung des Kirchenguts, Prüfung der Ordinanden.

domini nostri domini Urbani divina providencia pape sexti anno quinto, reverendus pater et dominus Hinricus episcopus Raceburgensis propter officium visitacionis in ecclesia sua Raceburgensi ac civitate tam in clero quam in populo celebrandum ad civitatem Raceburgensem et ad curiam suam, quam prope dictam ecclesiam habere dinoscitur, se declinans, sequenti die, scilicet feria secunda, hora tertiarum seu quasi, solempniter visitare inchoavit et primo dominum Gherardum prepositum, deinde priorem et successive ceteros canonicos ipsius ecclesie per ordinem interrogando de statu ipsius ecclesie necnon de vita et conversacione cuiuslibet canonici ac eciam cuiuslibet vicarii, et si aliquid crederent in ipsa ecclesia reformandum, et ulterius de singulis articulis, prout unum quemque officium habens vel eciam non habens officium tangere poterat et ipsi ac ecclesie expidire videbatur. Quibus scilicet omnibus et singulis sic, ut premittitur, debite et sollempniter visitatis et hoc in loco capitulari Raceburgensi superiori, postmodum descendebat ad ecclesiam, in qua religiosi viri videlicet domini Tidericus Smethusen, rector ecclesie sancti Petri Raceburgensis, et Iohannes Plone, rector ecclesie sancti Georgii prope civitatem Raceburgensem, cum suis patronis ibidem communiter congregatis similiter[a]) cum debita sollempnitate tam dictos rectores quam patronos eosdem similiter visitando ac de vita et conversacione dictorum rectorum ac suorum cappellanorum nomine et loco ipsorum rectorum in ipsis ecclesiis parrochialibus ministrancium interrogando. Post hec interrogavit a patronis eciam receptis a quibusdam eorum sibi de et super hoc deputatis iuramentis de excessibus, si qui essent in ipsis patronis et similiter de hominibus, si qui correctione indigerent, ibidem deferendis et publicandis. Quibus sic peractis predicti iurati cum aliis suis conpatronis deliberati pleniter, ut dixerunt, quosdam excessus et nonnullas personas correctione dignas extunc ibidem detulerunt. Super quibus idem dominus episcopus peciit sibi per me notarium publicum fieri unum vel plura publica instrumenta. Actum sunt hec anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu ac locis, quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris dominis Nicolao, decano ecclesie Gustrowensis, Iohanne Ketel, officiali generali curie Raceburgensis, ac Hinrico de Rene, rectore ecclesie

---

**Zu 4e:** Meckl. Urk. Nr. 11437, doch ist o statt ø und u statt ů gesetzt. Nach dem Notariatsinstrument im Hauptarchiv zu Neustrelitz.

a) Nach den Anmerkungen zu den Urkundenbüchern fehlt etwa „constituerant".

parrochialis in Schonenberghe, et Tiderico Schilsten, perpetuo vicario in ecclesia sancti Iohannis in Lunenborgh, Caminensis, Raceburgensis et Verdensis diosecium, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Albertus de Reen, clericus Myndensis diocesis. publicus imperiali auctoritate notarius . . . . .

---

## 5.

# Das Patronat der Schulen zu Wismar.

1279. 1323. 1331.

a.

**Die Fürstin Anastasia und die Vormünder der Söhne Heinrichs des Pilgers überlassen das Patronat der Schulen zu Wismar dem Rate der Stadt.** [Wismar] 6. August 1279.

In nomine sancte et individue trinitatis. Anastasia dei gracia domina Magnopolensis, Nicolaus Lubicensis ac Zwerinensis ecclesiarum prepositus et Iohannes eadem gracia dominus Magnopolensis omnibus presens scriptum visuris in omnium salvatore salutem. Humanarum multitudo et varietas actionum angustias nostre mentis excedit, et propterea ita sapientum ordinavit providencia, ut, quod capere in nobis memoria non potest, litterarum capacitas ad firmam futurorum noticiam enutriret. Hinc est, quod notum fieri volumus universis, quod nos sacri operis cultum dilatare pio cupientes desiderio, ne traditi nobis a domino talenti dispensatores pigri et inutiles iudicemur, viris providis et honestis consulibus Wismarie patronatum scolarum civitatis eiusdem per sollempnem stipulacionem de manu pueri Hinceke domicelli Magnopolensis, ad quem dominium feodi pertinebat, in manus dictorum consulum factam dimisimus, discrecioni eorum committentes de consensu unanimi, ut, cum dictas scolas ex morte Gozscalci presbiteri et scolastici ibidem vacare contigerit, extunc de patronatu scolarum [1]) se intromittant et de cetero in viro honesto et ad regimen scolarum

---

**Zu 5a:** Meckl. Urk. Nr. 1506. Nach der Abschrift im Wismarschen Privilegienbuch. Auch abgedruckt bei Burmeister, Urkundliche Geschichte der Schulen in Wismar. 1837. S. 26.

[1]) scolarum sind die Pfarrschulen von Marien und Nikolai; s. Urkundenbuch Nr. 4426, wo sich ein Referat über diese Begebenheit findet.

ydoneo provideant, prout expedit, instituendo et destituendo ad dictum regimen, quemcumque voluerint, pro sue racionis arbitrio, sub hac forma scilicet, ut de parte fructuum sive precii scolastici laboribus rectoris puerorum competenter satisfiat et de parte remuneretur presbiter quispiam conversacionis honeste, quem voluerint, qui in ecclesia beate virginis Marie civitatis eiusdem singulis diebus hora tercia postposita omni negligencia et remota ad altare tantum sibi deputatum, de fructibus scolarum pulchre et decenter secundum temporis exigenciam libris et ornamentis instructum, missam ad honorem dei et ad salutem animarum omnium progenitorum nostrorum, die dominica de trinitate, secunda feria pro defunctis, tercia feria de angelis, quarta feria pro peccatis, quinta feria de sancto spiritu, sexta feria de sancta cruce, sabbato de domina nostra, sollempnitatibus tamen intervenientibus missam, que festo competit, decantare nullatenus pretermittat, patris nostri domini Iohannis domini Magnopolensis, matris nostre domine Ludgardis, fratris nostri domini Alberti et aliorum predecessorum nostrorum pariter et nostri in missis singulis memoriam habiturus. Quem eciam presbiterum consules civitatis destituendi et alium instituendi, sicut de rectore scolarum premissum est, facultatem habebunt liberam secundum sue providencie racionem, hoc addito, quod deductis expensis tam circa rectorem scolarum, quam circa presbiterum memoratos, necnon et circa ornatum altaris necessario faciendis, si fructus scolarum forte affluencius acceperint secundum temporis graciam incrementum, quicquid de scolarum emolumento superfuerit, in sumptus fabrice ecclesie beate virginis fideliter convertatur. Decrevimus quoque, ut omnem turbacionis materiam, que inter plebanum dicte ecclesie sive eius vicarium et inter presbiterum sepedictum misse huius occasione possit oriri, tollamus, quicquid sacrificii oblatum fuerit ad altare predictum, absque omni fraude et diminucione rectori ecclesie integraliter exhibendum. Ideoque plebanus ecclesie sive eius vicarius huius misse celebracionem nequaquam impediat neque indigne ferat, sicut omnipotentis dei et patroni sui graciam diligat inoffensam. Sepedictis civitatis consulibus sub testimonio crucifixi et tocius ecclesie committentes, quatenus premissis taliter provideant secundum devocionis nostre intencionem, sicut velint super credita sibi huiusmodi dispensacionis sollicitudine racionem in supremo examine deo reddere et digne retribucionis proinde meritum reportare. Ut ergo tam salubris ordinacio nullo oblivionis obscurata velamento iugis memorie optineat firmitatem, presentem litteram conscribi iussimus et nomina eorum,

quos huic facto presentes habuimus, que sunt ..... et sigillorum nostrorum appensionibus roborari. Datum anno domini M° CC° LXX° nono, in die beatorum Sixti, Felicissimi et Agapeti martirum, per manum Gozscalci presbiteri in Pole, feliciter. Amen.

b.

**Heinrich von Mecklenburg überläßt zur Sühne dem Bischof Marquard von Ratzeburg für sein bischöfliches Tafelgut die Nikolaikirche und die beiden Schulen zu Wismar.**

Grevesmühlen, 17. März 1323 und Lübeck, 25. Mai 1323.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Hinricus dei gratia Magnopolensis et Stargardie dominus de invio ad viam redire. .....

Porro considerantes, quod in municipio nostro Wismarie dominis nostris episcopis Raceburgensibus, qui pro tempore fuerint, perpetuam mansionem seu domicilium, tam propter ipsorum quam etiam cleri et populi commodum et salutem, habere convenit, in remissionem peccatorum nostrorum liberaliter, pure et simpliciter donavimus et donamus predicto domino episcopo Raceburgensi et suis successoribus ius patronatus ecclesie sancti Nicolai cum dote seu habitatione, quam dominus Rotgherus, nunc rector ipsius ecclesie, inhabitat, necnon ius patronatus ambarum scolarum in eodem municipio Wismaria, cum omnibus fructibus, redditibus, proventibus, iurisdictionibus, iuribus et pertinentiis eorundem perpetuis temporibus libere possidendum, cupientes, ut predicte ecclesia et scole cum suis fructibus, redditibus, proventibus, iurisdictionibus, iuribus et obventionibus mense episcopali predicte pro relevatione ipsius inopie ac cleri et populi salute connectantur, uniantur et incorporentur perpetuis temporibus, ita quod censeantur ammodo in perpetuum unum corpus; dummodo episcopus Raceburgensis, qui pro tempore fuerit, eidem ecclesie per presbyterum temporalem vel perpetuum seu vicarium religiosum vel secularem et iisdem scolis per ydoneos doctores religiosos vel seculares faciat provideri eisdemque presbytero seu vicario et doctoribus ad onera incumbentia supportanda de predictarum ecclesie et scolarum proventibus congruam sustentationem prestari; non obstante quod quondam domina Anastasia, mater nostra dilecta, et patrui nostri domini Nicolaus et Iohannes,

**Zu 5b:** Meckl. Urk. Nr. 4426. Nach dem Original im Archiv zu Neustrelitz.

clerici in sacris ordinibus constituti, cum fuissemus minores annis, dicuntur patronatum dictarum scolarum vivente patre nostro carissimo domino Henrico, tunc ab hostibus, scilicet Sarracenis, capto, absque ipsius mandato consulibus Wismariensibus de facto dimisisse; quam tamen dimissionem seu commissionem nos non recolentes esse factam, postquam ad annos discretionis pervenimus et eam sic factam esse percepimus, ratam non habuimus, nec pater noster predictus postliminio reversus ratam habuit, immo contrarium fecimus de ipsis scolis per mortem quondam Godscalci ibidem scolastici vacantibus, domino Nicolao de Stralendorpe, nunc Lubicensis et Zwerinensis ecclesiarum canonico, predictis consulibus cum effectu non contradicentibus, sicut de iure potuimus, providendo. Ut autem omnia et singula predicta irrevocabilia et inviolata perpetuo perseverent, volentes emendare preterita et adversus futura cavere, pro nobis et nostris heredibus seu successoribus renunciamus omni actioni, exceptioni, appellationi ac iuris canonici et civilis auxilio ordinario et extraordinario nobis et ipsis competenti et competituro seu competiture, per quam seu per quod possit huiusmodi tam pia donatio seu satisfactio revocari vel aliqualiter impediri. In cuius rei evidenciam perpetuam mandavimus et mandamus presens scriptum inde confectum sigilli nostri munimine roborari. Testes presentes fuerunt: . . . . .

Datum et actum Gnewesmolen, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo tertio, in die beate Ghertrudis virginis . . . . . [Der erzbischöflich bremische Offizial bestätigt die Schenkung:] Datum Lubeke, anno domini predicto, in die beati Urbani martiris.

c.

## Der Bischof Marquard von Ratzeburg übergibt das Patronat der Schulen in Wismar den Ratmännern daselbst.

Ratzeburg. 7. September 1331.

Wi, Marquard, van der gnade godes byschop to Raceborgh, bekennen unde don witlik al den ghenen, de desse breve horen unde seen, dat wy mit den ratmannen van der Wysmer mit rade unde mit volborde hern Eghardes, des provestes, unde al des capiteles uses godeshuses umme dat recht al der scholen in der Wis[mer] dreghen over eyn alsodane wys, dat de vorsprokenen

**Zu 5c:** Meckl. Urk. Nr. 5265. Nach der Abschrift im Wismarschen Privilegienbuch. Burmeister, l. c. S. 29.

radmanne scholen hebben eweliken al de schole vry unde umbeworen, dat se moghen al de scole lenen unde bevelen, weme se willen, up alsodan recht, dat se in eren breven hebben. Darto ghewe wi en al recht, dat wi unde use godeshus hebben unde hebben mochten in al den scholen van genegherleye saken unde breven. Darto hebbe wy, de vorbenomede[n] [a]) radmanne, ghewyset unde orlevet in der were al der schole unde vorsaken al des rechtes unde nut, dat us unde usem godeshuse[n] mochte evene komen van al den breven, de wy hebben up dat recht der vorsprokenen schole; de willekore wi in desser schrift, dat se eweliken scholen bliven machtloos. Unde to ener betughinghe al der stucke, de hir vore ghescreven sint, dat de eweliken vast unde untobroken bliven, so is mit unsem ingheseghele unses capitels ingheseghel to Raceborgh ghehenghet to dessem breve. De is ghegheven to Raceborgh, na godes bort dusend drehunderd unde eynuntdrittich iaar, in dem hilghen avende unser vrowen der lateren.

---

# 6.
# Geistliche und weltliche Verfügungen in betreff der fahrenden Schüler. 1292. 1375.

## a.
## Statut einer Provinzialsynode im Erzbistum Bremen-Hamburg in betreff der fahrenden Schüler.

[Bremen.] 17. März 1292.

In nomine domini. Amen. Gyselbertus dei gratia sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus ad perpetuam rei memoriam . . . . .

Nos una cum Raceburgensis, Zverinensis ac Lubicensis ecclesiarum episcopis [1]), suffraganeis nostris, necnon totius provincie prelatis tam regularibus quam secularibus et plurimis clerisis tam religiosis quam aliis in nostra Bremensi ecclesia in provinciali concilio congregati deliberatione diligenti habita consensu et approbatione predictorum omnium accedente statuimus . . . . .

---

a) Verb. aus „vornomende“. umme, up, betughinghe, stucke habe ich geschrieben statt: v°mme, v°p, betůghinghe, stůcke. Statt „Uvi“ zu Anfang schrieb ich „Wi“.

**Zu 6a:** Meckl. Urk. Nr. 2156. Nach der Originalausfertigung im Archiv zu Neustrelitz.

[1]) Die Bischöfe waren Burchard von Lübeck 1276—1317, Gottfried I. von Schwerin 1292—1314 und Hermann von Ratzeburg 1292—1309.

Item omnibus et singulis prelatis ac clericis nostre diocesis et provincie prohibemus, ne in domibus suis vel commestionibus scolares vagos, qui goliardi vel histriones alio nomine appellantur, per quos non modicum vilescit dignitas clericalis, ullatenus recipiant, illos maxime, qui in sacris ordinibus constituti a clericali habitu apostatantes et ordine laicalem habitum assumpserunt. Quod cum premissis statutis omnibus et singulis sub excommunicationis pena precipimus firmiter observari.

Datum et actum anno domini M°CC°XCII°, feria secunda post dominicam, qua cantatur Letare Ierusalem, pontificatus nostri anno decimo nono.

b.

**Die Wismarsche Bürgersprache verbietet, fahrende Schüler zu beherbergen.** Wismar [c. 1375.]

Item. Quod nullus de civibus nostris debeat hospitare in bodis et habitacionibus suis presbiteros, clericos et scolares nisi presbiteros, qui habent hic investinghe et vitam suam ut boni presbiteri, et scolares, qui visitant scolas, ultra tres[a]) dies sub pena X marcarum auri, exceptis ambulantibus et peregrinis.[b])

## 7.

# Der Unterhalt der Domschüler zu Ratzeburg. 1301.

a.

**Die Speisung der Schüler.** Ratzeburg. 21. Oktober 1301.

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Hinricus miseratione divina prepositus, Fridericus prior totumque Raceburgensis ecclesie capitulum ad perpetuam rei memoriam bonorum omnium largitori. Humani generis conditio, etiamsi omnia membra eius in linguas verterentur, dignas non sufficeret pro misericordi eius pietate referre gratiarum actiones. Cuius pietatis nos non

**Zu 6b:** Meckl. Urk. Nr. 10515. Zusätze zu der Wismarschen Bürgersprache. Nr. 2. Nach der Matrikel im Ratsarchiv zu Wismar.

a) Dafür stand ursprünglich: X. b) exceptis ambulantibus et peregrinis ist späterer Zusatz.

**Zu 7a:** Meckl. Urk. Nr. 2758: Die Speiseordnung des Domkapitels zu Ratzeburg. Nach dem Copiarius I im Archiv zu Neustrelitz. Gedruckt bei Westphalen, Monumenta inedita etc. Tom. II. 1740. S. 2231, und Schröder, Papistisches Mecklenburg. I. 1741. S. 2991.

immemores nec ingrati, si nec dignas sufficimus, sicut decet, saltem impares meritis eius pro modulo nostro gratias referamus eidem, qui dicte ecclesie inopiam admirabili sua providentia nostris temporibus dignatus est sublevare, ordinans cotidianam nobis prebendam solito meliorem . . . . .

Insuper de conversis . . . . . sic decrevimus observandum, ut . . . . . conversi absentes de summa missa, vigiliis et aliis horis prefatis fuerint, puniantur pena qua et conventini superius prenotata, et omnes simul in una domo, una et eadem mensa sumant tempore debito concorditer alimenta; quibus sobrie sumtis surgant decenter ad gratiarum actiones. Prohibemus et districte servari volentes, ne sepedicti . . . . . conversi privatos servos habere vel audeant confovere; quod si fecerint, volumus eos expertes ab uno ferculo carnium remanere. Hanc quippe observationem conversis adsignatam decrevimus a subdyaconibus in scolis existentibus observari, magistris eorum eos nichillominus corrigere valentibus et cum eis dispensare, cum necessitas id postulat et requirit . . . . .

Ceterum de elemosinis et reliquiis mense nostre taliter definimus, ut pure propter deum pauperibus vel scolaribus erogentur . . . . .

Item volumus, ut in omnibus supradictis dispensatio domini prepositi integra in sua firmitudine perseveret, nullius statuti aut rigore sanctionis obstante. Item notandum, quod in omnibus premissis caussa iusta, legitima et rationabilis transgressores presentis statuti poterit excusare. Item servari precipimus, ut, si hoc statutum seu ordinatio displicuerit, vel in ea quidquam addi, subtrahi vel corrigi aut mutari placuerit, illi, qui hanc condiderunt, ordinent ac disponant. Ut autem hec inviolabiliter observentur, presentem paginam desuper conscribi fecimus et tam sigillo domini nostri episcopi Hermanni, quam prepositi necnon capituli iussimus consignari. Actum a nobis anno domini M. CCC. I., in die sanctarum undecim millium virginum.

b.

## Der Anteil der Schüler an Brot und Bier.

### Ratzeburg. 1301.

Universis Christi fidelibus presentia visuris Henricus dei gratia prepositus ecclesie Raceburgensis ad perpetuam rei memoriam.

---

**Zu 7b:** Meckl. Urk. Nr. 2759: Die Brot- und Bierordnung des Domkapitels zu Ratzeburg. Die Zeitbestimmung s. daselbst in der Anmerkung.

Favor et affectio caritatis, quem ad fratres nostros habemus, nos admonet, nos inducit, ut eorum commoditatibus intendamus et ipsorum procurationem in quotidiana refectione faciamus plus solito meliorem. Volentes igitur, ut panis fiat de puro tritico prebendalis ad magnitudinem et puritatem prebendalis panis in Zverin, ita ut duodecim panes de uno pistentur modio, de quibus unus ad diem cuilibet de conventu detur, et illo contentus nichil de pane familie ex debito sibi valeat vendicare; ut panis etiam alius similiter de puro tritico fiat minor isto, ita ut viginti quatuor de uno modio fiant pro subdiaconibus et conversis, de quibus cuilibet detur unus, nisi prepositus de pane familie iusserit superaddi .....[1])

Ad hec volumus, ut cerevisia tam conveniens tamque bona braxetur, ut de quatuor talentis avene et duobus talentis hordei et de duobus talentis tritici non plus fiat de cerevisia, quam decem et octo tunne Travenenses[2]) possint capere bene plene. De qua cerevisia canonico de conventu dabuntur tres mensure ad diem tante magnitudinis, quod quelibet mensura dimidium stovekinum[3]) capiat; et cuilibet conversorum tria magna bacharia, de mane unum, de vespere duo quolibet die dabuntur; sed subdiaconibus tam mane quam vespere tantum duo etiam de eadem .....

Verum cum res, in quibus certis personis constat provisum, commode dispensari nequeant inter plures, ideo de approbacione totius nostri capituli duximus statuendum, ut numerus personarum in conventu viginti quatuor non excedat, ita quod prepositus sit vigesimus quintus, quo excepto erunt sedecim sacerdotes, quatuor dyaconi et quatuor subdyaconi in conventu pariter ut in scolis......

Nos Fridericus prior totusque conventus promittimus singulique et universi, quod ordinationem domini nostri prepositi tam laudabilem, tam salubrem semper inviolabiliter servabimus. Et quicunque ex nobis imposterum sibi fuerit substitutus, ipsam fideliter

Nach dem Copiarius I im Archiv zu Neustrelitz. Abgedruckt bei Westphalen, Monumenta inedita II, S. 2274, und Schröder, Papistisches Mecklenburg S. 1494.

[1]) Zur Bestreitung des Brotes und des Bieres wurden besondere Einkünfte bestimmt, welche die Urkunde an den hier fortgelassenen Stellen genau bezeichnet.

[2]) D. i. lübeckische Tonnen.

[3]) D. i. ein Stübchen = ein Weinmaß. 40 gehen auf das Ohm; 4 quartalia geben 1 stopa (stop); s. Reg. zu den Meckl. Urk. Bd. XVII, S. 611.

observabit. Quisquis etiam ex nobis defectu, quo supra dictum est, non suppleto chorum adierit, voce sua in capitulo per annum integrum sit privatus. Ad dispensandam cerevisiam, cum de vespere ad cenandum deponit se conventus, intret cellarium dispensator, et exinde non exeat, nisi cum secunda campana ad completorium impulsatur. Item exituris ad negocia seu de itinere reversuris prebenda panis et cerevisie tocius diei integraliter ministretur.

---

## 8.

# Die Teilnahme der Schüler in Parchim an den Gottesdiensten in den Kirchen zu St. Marien und St. Georgen.

Parchim. 6. Juli 1307.

Universis presentes literas inspecturis nos Hermannus Rampe, Ludolfus Akeleye, Hermannus de Kriwiz, Hinricus de Eucin, Gherardus Buscel, Iohannes de Dambeke, Gherardus Ronewik, Iohannes Stuto, Nicolaus Lichte, Gherardus de Grambowe, Theodericus de Goldenbowe et Bernardus Sprikel, consules civitatis Parchym, cupimus esse notum, quod cum inter honorabiles viros dominos Nicolaum de Brusewiz, rectorem ecclesie sancti Georgii in Parchym, ex una, et Ditmarum, rectorem ecclesie sancte Marie civitatis eiusdem, scolasticum ibidem, et Reynerum, rectorem scolarium in eadem civitate Parchym, parte ex altera, esset materia dissensionis suborta, qualiter et quando idem rector scolarium et ipsi scolares divinis officiis in eadem ecclesia sancti Georgii celebrandis interesse deberent, inter ipsos consensu eorum libero de prudentum virorum consilio coram nobis ordinatum et placitatum exstitit sub hac forma: quod omnibus diebus ferialibus in matutinis et vesperis maiores et pueri de maiori et minori cantu sine religione esse debebunt, in diebus vero dominicis et festivis maiores et pueri omnes et cum sua religione[1]), qui eam habent, erunt in primis vesperis et matutinis et in missa, et tunc erit unus cantor ad responsoria, et duo pueri alleluya cantabunt, in secundis

---

Zu 8: Meckl. Urk. Nr. 3172. Nach dem Original im Geh. Archiv zu Schwerin.

[1]) Geistliche Kleidung.

vesperis maiores et pueri de utroque cantu. Si autem fuerit speciale officium novem lectionum nec celebre, ad missam officii diei mittet magister tot scolares, quot plebanus requisierit. In omnibus sextis feriis in vesperis beate Marie maiores et pueri de utroque cantu erunt, et unus puer versum cantabit ad vesperas; in omni vero sabbato ad matutinas maiores et pueri de utroque cantu, in missa autem omnes pueri cum maioribus et cum religione, quotquot habent, erunt, et duo cantabunt alleluya. Item in quatuor temporibus et vigiliis omnibus maiores et pueri de utroque cantu erunt in missa, si plebanus requisierit. In septuagesima dominicis diebus et festivis unus puer versum gradualis ad missam cantabit. Item per totam quadragesimam omnes de cantu et maiores in missa de die erunt, et unus puer cantabit versum gradualis. Item singulis quartis et sextis feriis quadragesime duo pueri letaniam in circuitu solempniter dicent. Item magister ad vigilias sive in choro sive in civitate dicendas tot pueros mittet, quotquot voluerint amici defuncti, et iidem in missis defuncti et exequiis manebunt. Item in summis festis, sicuti est in festo pasche, pentecostes et nativitatis Christi, primis quatuor diebus in matutinis, in missa et vesperis primis et secundis omnes pueri et maiores cum religione sua, quotquot habent, esse debebunt, et duo erunt cantores. Item infra octavam dictorum festorum maiores et pueri de utroque cantu cum religione, quotquot habent, erunt in matutinis, in missa et vesperis. Item in festo apostolorum maiores et omnes pueri cum religione in primis vesperis et ipso die in matutinis et missa erunt et duo cantores. Eodem modo in aliis festis, iure vel consuetudine duplicibus, est servandum, sed in ipsa octava dicti pueri de utroque cantu et maiores erunt in vesperis, matutinis et missa. Item in duobus festis sancte Marie, scilicet in assumptione et nativitate, eodem modo, sicut dictum est de festis apostolorum et duplicibus festis, pueri se habebunt, sed infra octavam, si plebanus requisierit, pueri de utroque cantu erunt in missa, in ipsa tamen octava omnes pueri et maiores cum religione in vesperis, matutinis et missa erunt. Item in quadruplici animarum conmemoracione, que annuatim solet fieri, maiores et omnes pueri et cum religione, quotquot habent, in vesperis, in vigiliis, matutinis, cir(cum)cuitu et missis erunt et duo cantores. Item in rogationibus magister, maiores et omnes pueri cum religione sua processionaliter et aliis divinis officiis se habebunt, sicut hactenus est consuetum. In hiis omnibus supradictis maiores et pueri in divinis officiis cantando et legendo decenter ad plebani

voluntatem et placitum se habebunt; hoc sane proviso, quod in quatuor festis beaţe virginis puerorum omnium una medietas in predicta ecclesia sancti Georgii divinis officiis, alia vero medietas cum magistro equaliter dividenda in ecclesia beate Marie nove civitatis Parchym primis vesperis, matutinis et missali officio interesse debebit. In dedicatione vero ecclesie utriusque taliter est provisum, quod rector ecclesie, cuius dedicatio tunc temporis minime peragitur, sic tempestive divina officia faciat celebrari, quod in ecclesia, cuius dedicatio est peragenda, omnes pueri in divinis officiis possint congrue interesse; simili modo per omnia observando, quando dies patroni, videlicet beati Georgii, celebrandus accurrit. Preterea pueri, qui in nova civitate morantur, diebus dominicis et festivis in primis vesperis, matutinis et in missa, et vigiliis, si celebrande fuerint, erunt, et si rector sepedicte ecclesie in nova civitate diebus dominicis et festivis sex vel octo pro subsidio divini officii requisierit, sibi mitti debebunt. Ceterum, quando pueri et maiores ferialibus diebus divinis officiis in sepedicta ecclesia sancti Georgii interesse debent, ut superius est expressum, si predictus Reynerus eiusque successor, qui pro tempore fuerit, interesse non possit, unum aut duos ydoneos substituet loco sui, qui iisdem pueris presint in choro, ipsos ad explendum divinum officium efficaciter exhortando et, si divinum officium debite non impleverint, corrigendo et ab insolentiis laudabiliter conpescendo; et si tempore matutinalis officii rector scholarium legere decreverit, tunc octo vel decem de choro, quos ad audiendam suam lectionem aptos reputaverit, poterit revocare. De illis vero, qui ratione scholarum vel scolarium nullum percipiunt emolumentum, taliter est statutum, quod ad frequentandum divinum officium non sunt necessario, licet de honestate hoc facere debeant, obligati. Diebus vero dominicis et festivis magister scolarium divinis officiis cum pueris et maioribus in sepedicta ecclesia sancti Georgii sine religione, si voluerit, et maioribus anni festivitatibus cum religione personaliter interesse debebit, nisi causa evidenti et legitima fuerit prepeditus. Si vero, quod absit, pretactus rector scholarium, qui pro tempore fuerit, prefata omnia et eorum quodlibet violaverit vel neglexerit adimplere, prenominatus dominus Ditmarus scholasticus ad denunciationem et requisitionem prefati domini Nicolai taliter excessum vel torporem magistri, qui pro tempore fuerit, corrigere tenebitur, quod idem dominus Nicolaus omnimode sit contentus. Insuper memorati domini Nicolaus et Ditmarus coram nobis sunt protestati, quod per huiusmodi ordina-

tionem, compositionem, pacta sive placita suos successores non intendunt quomodolibet obligare. In quorum testimonium sigillum nostre civitatis ad instanciam et preces partium presentibus est appensum, et nos memorati Nicolaus et Ditmarus loco subscriptionis et in signum inviolabilis observacionis premissorum sigilla nostra presentibus similiter duximus appendenda. Testes horum omnium et singulorum sunt similiter domini magister Willekinus, plebanus in Kriwiz, Hinricus plebanus in Clodrum, Iohannes Hundertmarc, Iohannes de Wuzsten, Otto plebanus in Zwemin, et Iohannes de Campe, notarius domini Godefridi episcopi Zwerinensis, et quam plures alii fide digni ad hec vocati specialiter et rogati. Datum et actum Parchym, anno domini M° CCC° septimo, in octava apostolorum Petri et Pauli.[2])

---

## 9.

# Der kirchliche Unterricht der Pfarrer im Bistum Havelberg. 1313. 1463.

### a.

### Das Statut des Bischofs Reiner von Havelberg in betreff des Unterrichts der Pfarrer und in betreff der Bücher in Kirchen.

[Havelberg. 1313.]

Populum vobis commissum edificate et instruite verbo et evangelio; fidem katholicam firmiter, devote et eius articulos populo,

---

²) Die Bischöfliche Bestätigung des Vergleiches (Warin. 28. Juli 1307. Meckl. Urk. Nr. 3172) lautet:

Nos Godefridus dei gratia Zwerinensis ecclesie episcopus universis presentes litteras inspecturis cupimus esse notum, quod nos quasdam litteras consulum civitatis Parchim integras vidimus sub hac forma: [Es folgt die vorstehende Urkunde.]

Nos igitur considerantes predictas ordinationem, compositionem et provisionem inter predictas personas provide et in divini cultus augmentum salubriter fore factas eas ratificamus et approbamus, ipsas autoritate ordinaria confirmantes, volentes omnia premissa et singula firmiter observari. In cuius ratihabitionis, approbationis et confirmationis testimonium sigillum nostrum presentibus litteris est appensum, ne inter personas memoratas in posterum de novo dissensionis materia quoad premissa valeat aliquatinus suboriri. Datum et actum Warin, anno domini millesimo trecentesimo septimo, in die sancti Pantaleonis.

**Zu 9a:** Riedel, Codex diplomaticus Brandenburgensis. 1. Hauptteil. Band III, S. 233, Urk. Nr. I. Die Überschrift lautet: Incipiunt regule pleba-

quantum congruit, explicate ..... Item campanas, libros, calices et alias res ecclesie sine licentia nostra vendere non permittite.

Item has constitutiones omnes habete et sub pena synodali duarum marcarum argenti fideliter reservate.

b.

## Statut des Bischofs Wedego von Havelberg in betreff des Unterrichts der Pfarrer.

Witstock. 25. April 1463.

Wedego, dei et apostolice sedis gratia Havelbergensis ecclesie episcopus, universis et singulis prelatis, capitulis, ecclesiarum parrochialium rectoribus seu eorum loca tenentibus altaristis ac clericis tam religiosis quam secularibus per civitatem et diocesim nostram Havelbergensem ubilibet constitutis salutem in domino sempiternam .....

De festivitatibus celebrandis.

Item rectores ecclesiarum doceant suos parrochianos orare orationem dominicam, videlicet Pater noster cum Ave Maria et cimbalo apostolico materna ligwa et faciant hoc in singulis suis sermonibus et maxime diebus dominicis aut per suos capellanos id fieri procurent. Hec serventur sub pena iuxta arbitrium infligenda .....

Acta et confirmata sunt hec Wistogk, anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, die vero lune vicesima quinta mensis Aprilis, in ecclesia parrochiali beate Marie virginis, memorato domino episcopo synodo sollemniter presidente.[1])

---

norum per dioecesin Havelbergensem tradite a venerabili domino, domino Regnero episcopo Havelbergensi, anno domini M°CCC°XIII°. Riedels Vorlagen waren die Statuten, wie sie in einem alten Brevier des Bischofs Johann von 1511 und in einem alten Havelberger Kopialbuche standen. Mit letzterem verglich das Kgl. Geh. Staatsarchiv zu Berlin auf meine Bitte den Riedelschen Text; mit Dank nahm ich die Verbesserungen in oben vorliegenden Text auf.

**Zu 9b:** Riedel, Codex diplomat. Brand. 1. Hauptteil. Band III, S. 246 ff., Urk. Nr. X. Der Text ist wie in 9a mit dem Original verglichen.

[1]) Die Statuten Wedegos von 1463 stimmen nach Riedel, Codex diplomat. 1. Hauptteil. Band III, S. 246 fast wörtlich mit denjenigen Konrads von 1427 überein. Unser Statut ist aber ein Zusatz, der also ganz Wedego gehört.

## 10.

# Albrecht von Mecklenburg schenkt dem Rat der Stadt Rostock das Patronat der Pfarrschule an St. Marien.

**Wismar. 8. Juni 1337.**

Albertus dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstok dominus omnibus, ad quos presencia pervenerint, cupimus fore notum ac infrascripte rei et eterne lucidam constare veritatem, quod discretis ac honorabilibus viris, dilectis nobis consulibus civitatis nostre Rozstok, ipsorum benemerita et gratuita obsequia nobis per ipsos impensa et, ut vehementer presumimus, inantea inpendenda non modicum attendentes, ius patronatus scolarum sancte Marie dicte civitatis nostre Rozstok cum omni proprietate, cum ipsas per resignacionem vel per mortem domini Meynardi rectoris ecclesie in Ziwan, nunc scolastici earundem, vacare contigerit, de beneplacito et consensu dilecti fratris nostri domicelli Iohannis accedenteque nostrorum consiliariorum consilio donavimus et contulimus et nichilominus donamus et conferimus in hiis scriptis libere et pacifice perpetuis temporibus, quociens vacaverint, possidendum, nichil penitus in premissis nobis aut nostris successoribus retinentes, dantes et concedentes eisdem consulibus plenam et liberam facultatem presentandi vel alias de premissis scolis disponendi et ordinandi, prout ipsis melius et utilius videbitur expedire. Testes huius sunt: Bolto Hasencop, Nicolaus de Helpede, Otto Dewitze, Iohannes Molteke, Raven Barnekow, milites, Iohannes Rodekoghele, Iohannes Cropelyn, proconsules nostre civitatis Wismarie et consiliarii nostri fideles, una cum Bertoldo Roden, nostro dilecto pronotario[a]), necnon quam alii plures fide digni. In cuius rei evidens testimonium presentem litteram super dictam donacionem nostram eis traditam sigilli nostri appensione fecimus roborari. Datum et actum Wismarie in curia nostra, anno domini millesimo tricentesimo tricesimo septimo, ipso die festo pentecostes.

---

**Zu 10:** Meckl. Urk. Nr. 5778. Nach dem Original im Archiv der Stadt Rostock.

a) In dem Texte steht hier: (!), ein Zeichen, das ich weggelassen habe.

# 11.

# Bestimmungen in betreff der Anzahl von Nonnen und Schülerinnen im Cisterciensernonnenkloster Wanzka.

Zechlin. 23. Januar 1341.

Reverendo in Cristo patri ac domino suo dilecto, domino Theoderico Havelbergensis ecclesie episcopo, ... abbatissa, .. priorissa totusque conventus sanctimonialium in Wantzik cum debita reverencia oraciones devotas in Cristo. Cum per certissimam experienciam rerum variarum in dicto nostro claustro noviter introductarum didicerimus, statum nostrum vergere et magis posse in futurum vergere verisimiliter et declinare ad condiciones detestabiles, graves et nocivas: huic morbo, qui noviter irrepsit, sanam cupientes apponere medicinam, de unanimi et concordi consilio et consensu omnium nostrarum dicti claustri sanctimonialium, quarum interest, eciam specialiter requisitarum, cum matura deliberacione tenore presencium statuimus et sanximus, quod deinceps et inantea numerus sanctimonialium nostrarum non debeat esse vagus et incertus, immo idem numerus debet sic iuxta facultates ecclesie restringi, quod ultra quinquaginta personas nullatenus extendatur, et quod numerus secularium puerorum[1]) ultra decem personas non trahatur. Qui pueri unum annum in erudicione conplebunt tantum, et nullus talium puerorum ante solucionem expensarum faciendam in promta pecunia introducatur, immo sine promta pecunia mox reducatur. Item statuimus, quod, quandocumque contigerit puellam vestiri, in tali articulo et circumstanciis eius debeant servari consuetudines antique, laudabiles et approbate .....

Preterea masculi quicumque pro negociis suis non petant interiora claustri, sed foris agant ea; et iidem masculi aut alii quicumque, eciam pueri duodecim annorum, in claustro ad pernoctandum nequaquam admittantur.....

---

**Zu 11:** Meckl. Urk. Nr. 6107. Nach dem Original im Hauptarchiv zu Schwerin.

[1]) Pueri, nicht Knaben, sondern Mädchen. Das zeigt schon das folgende puellae, welches für Novizen gebraucht wird. In Nr. 5939 des Urkundenbuchs ist von einer filia die Rede, welche hernach mit „dictus puer" bezeichnet wird. In 7453 werden tres pueri, Mechtildis, Elyzabet et Gheseken genannt. S. auch das Wort „puer" im Wort- und Sachregister, Band XII, S. 424.

Datum anno domini M⁰ CCC⁰ XLI⁰, feria tercia post Fabiani et Sebastiani martirum, sub sigillo nostri conventus.

Nos quoque Thidericus dei gracia Havelbergensis ecclesie episcopus antedicta statuta in omnibus suis clausulis, in quantum sunt legitima et communi iuri consona, quoad dominas et prepositos, ut premittitur, approbamus, ratificamus et presentibus confirmamus, sperantes eandem ecclesiam debere et posse in melius proficisci ex eisdem, penam synodalem in negligentes ea infligentes et cum hoc aliam in visitacionibus iuxta qualitatem delicti imponentes. Datum Tzechelin, anno domini M⁰ CCC⁰ XLI⁰, in die beati Mathie apostoli, nostro sub sigillo.

---

## 12.

# Gesetze für Lehrer und Schüler der Domschule zu Schwerin. [Um 1370.]

Fredericus dei et apostolice sedis gracia episcopus, Hinricus prepositus et capitulum ecclesie Zwerinensis ad perpetuam rei memoriam. Cum transgressor rationabilis et honeste consuetudinis non minus quam violator[a]) iuris puniendus existat, ne quisquam de nostra ecclesia pretextu ignorantie ab servandis laudabilibus et rationabilibus eiusdem ecclesie consuetudinibus se excusare valeat, tenore presentium easdem consuetudines duximus declarandas.

In primis igitur, sicut ex antiqua et approbata consuetudine dicte nostre Zwerinensis ecclesie observatum est, nulla persona ipsius ecclesie, cuiuscumque dignitatis, status vel conditionis extiterit, etiamsi scolastica fuerit, a pulsu ad primam missam vel ad horam infra tempus divinorum sine religione per cimiterium vel ecclesiam Zwerinensem transire debebit. . . . . .

Item omnibus personis eiusdem ecclesie sub excommunicacionis pena dudum per nos in scriptis prolata districtius est prohibitum, ut nulla ipsarum, sive prepositus, decanus, canonicus, vicarius, rector scholarium vel scolaris, quicumque pro tempore fuerit, litteram vel litteras, notam vel notas in libris chori ecclesie

---

**Zu 12:** Meckl. Urk. Nr. 10128. Nach einer Abschrift des 15. Jahrhunderts im Kopialbuch des Rostocker Domkapitels.

Die Verbesserungen nach den dort getroffenen:

a) aus violenter.

Zwerinensis immutet vel abradat[b]) absque capituli et decani licencia speciali. . . . . .

Item totus chorus prepositi, tam canonici, vicarii quam scholares, ipsi preposito de lectione in choro per ipsum completa redeunti reverenter assurgent, quod similiter chorus decani eidem decano faciat transeunti. . . . . .

Item scholasticus Zwerinensis erit custos minoris sigilli ecclesie et omnes litteras capituli scribi faciet[c]) suis sumptibus et expensis librosque scholasticos custodiens reservabit[d]) summe cavendo, unde periculum timeatur, ne aliquid de secretis capituli litteras scribi faciendo revelet, nec ullas litteras sigillo capituli nisi de mandato speciali eiusdem sigillabis.

Item eciam scholasticus omnium excessuum tam magnorum quam parvorum correctionem, quos scholares sub iugo existentes commiserunt, retinebit.

Item scholaris thesaurarii habebit libros lectionum, super pulpetum reponet et inde reportabit, armarium claudet et, que in eo reservantur[e]), custodiet diligenter.

Item cellerarius ministrabit de redditibus ad panes prebendales deputatis XII prebendatis, scilicet prebende in Rub(en)ow, prebende domini episcopi et decem prebendis maioribus per ducem instauratis qualibet septimana, scilicet feria IV[ta] septem et sabbato septem panes triticeos albos, prout maiores et meliores fieri possunt de modio mensure Zwerinensis, [secundum] pondus ad hoc specialiter deputatum; quod pondus habebit unum decanus in sua custodia, unum senior capituli et unum ipse cellerarius obtinebit. Nulli tamen dabitur panis prebendatis, nisi habenti proprias expensas[f]) Zwerin et in propria curia residenti, necnon tres servientes, videlicet scholarem, unum servum et unum quoquinarium secum tenenti.

Item canonicus de novo receptus habet facere et dare tenetur: primo dabit cappam de cerico valentem XX marcas Lub. infra tempus ad hoc statutum, vel unum cericum iuxta ordinationem et estimationem thesaurarii et capituli, dummodo valor non excedatur. Item episcopo quatuor, preposito, decano, scolastico, cantori, thesaurario, cellerario Zwerinensibus, cuilibet ipsorum duas stopas vini,

---

b) aus abradet. c) aus faciat. d) aus reformabit. e) aus reformantur. f) aus expenses.

cuilibet canonico unam stopam, cuilibet vicario dimidiam stopam, quartale vini cuilibet lectori chori tenebitur erogare. Item dabit camerario vestes, quibus tempore sue recepcionis est indutus; si vero puer fuerit, dabit eidem, cum ad annos discretionis pervenerit, vestes decentes.

Item secundum sue recepcionis ordinem serviet dominis [et] pueris isto modo. In vigilia beati Andree pueri schole et scholares[g]) abbatem et in vigilia beati Nicolai secundum consuetudinem eligent episcopum, quos ambos procurabit a die electionis usque ad diem sancti Thome Canthuariensis exclusive; illos investiet[h]) toga, tunica, caputio, caligis et calciamentis. Item infra tempus predictum singulis diebus dominicis et festivis pueri et scholares cum chorea primis et secundis vesperis ducent episcopum ad hospitium canonici servientis, ubi bibent. Item scholares[i]) et pueri bis in septimana ad stupham cum episcopo et abbate per dictum[k]) canonicum procurari debebunt.[l]) Item in profesto Innocentum idem canonicus scholaribus et pueris tam de vespere quam de mane convivium faciet ministrari. Item dabit rectori scholarium par caligarum de pulcro panno. . . . . .

Item ebdomadarii officium est, quod in festo, quando duo sunt cantores aut unus cantor cappatus cum serico, idem ebdomadarius post primum versum „Magnificat“ de armario procedet, ubi scholaris precedens eum presentabit ei ante summum altare incensum, cum quo circuet illud, ut est moris. . . . . .

Item, qui inceperit vigilias, idem vel similis ei in dignitate eosdem complebit. Item, qui inchoaverit primam, ut pueri distinctius legant, apud ipsos remanebit, confusiones quaslibet corrigendo: alii similiter facient, qui alias horas servare tenentur.

Item custos vel scholaris parre a decano et capitulo constituitur, qui de mane ad matutinum et ad missam, que dicitur vromisse, serv[i]et per omnia et precedet sacerdotem infirmos visitantem cum lucerna et campana ante eucharistiam, ubi datur sibi denarius; et tantum recipiet a muliere introducta; in sacra unctione sex denarii[m]) dabuntur eidem. Item in omni nocte, quando debent incendi luminaria in summo altari, in ambone, supersedilia et in platis posita et lumina pascalia, incendet et extingwet, et cereum pascalem ad fontem portabit. Item procurabit pulsari secundum[n]) festa

g) aus secundum. h) aus investiget. i) aus scholaris. k) aus perductum. l) aus procurare debebitur. m) aus denarios. n) aus scz (scilicet).

et tempora statuta, suis sumptibus et expensis. Item faciet caldarium portari cum aqua benedicta per circuitum cimiterii. Cum sit clericus parre, et non chori, pro his habebit redditus sibi ad hoc deputatos, et precipue a festo nativitatis Christi a qualibet scutella per totam parochiam recipiet unum denarium Zwerinensem. Item procurabit omni dominica die sal ad aquam benedictam et ipsam aquam necnon aquam ad baptismum et ligna ad ignem benedicendum in vigilia pasce. Item portabit seu procurari faciet crucem in festo pasce et aquam per circuitum. Scholaris claudens armarium procurabit ignem in eo et aquam ad lavandum et portabit incensum.

Item nullus intererit divinis officiis alba tunica vestitus, preterquam in nocte vel sub iugo scholaris existens. . . . . .

Item canonicus vel vicarius debito tempore chorum intrans in latere reverenter inclinet; lector vero et magister ac scholaris ad statuam, ut moris est, inclinabunt. Ministrantes vero in choro et religionem ferentes huiusmodi inclinationibus non sunt astricti.

Item processione scholarium veniente chorus surget, et infra „Magnificat“ et „Benedictus“ standum erit.

Item processione solempni primo duo scholares albis induti „Alleluia“ cantaturi portabunt prima duo vexilla; ad alia vexilla portanda magister scholares ordinabit; ante alia duo vexilla ymnus cantabitur a duobus scholaribus in processione.

Item, cum „Te Deum“ cantatur, aut de nocte fuerint novem lectiones, vel missa de domina nostra cantatur, duo pueri ministrabunt in albis cum candelis accensis infra missam ante statuam vel retro subdiaconum, ac ferialibus diebus unus scholaris ministrabit cum candela ardenti ad missam, subdiaconus autem et diaconus ab offertorio usque ad finem misse stando ministrabunt.

Item in quatuor temporibus prophecie leguntur in albis ante statuam, alias in ambone iuxta subdiaconum et „Benedictus“ a tribus pueris cantabitur in ambone choro respondente; sed sabbato „Caritas dei“ dicetur „Alleluia“, „Benedictus“ in ambone. Item puer versicularius versiculum interroget ab ebdomadario, et primum versum cantans ad matutinum dicet versiculos voce submissa.

---

## 13.

# Bestimmungen des Bischofs Melchior von Schwerin über das servicium episcopale und das servicium scolarium des Bützower Kapitels.

Bützow. 13. Juli 1378.

Melchior dei et apostolice sedis gracia episcopus ecclesie Zwerinensis universis et singulis, ad quos presens scriptum pervenerit et quorum interest seu interesse poterit quomodolibet in futurum, in perpetuum salutem in eo, qui est omnium vera salus......

Preterea cum prefatis dominis decano, canonicis et capitulo in futurum precavere volentes, ne illi, qui, ut premittitur, exnunc de cetero canonicatum et prebendam eciam quamcunque de novo assecuti fuerint, per servicium episcopale solitum et hactenus in dicta ecclesia Butzowensi fieri consuetum nimium pergraventur, presentibus eciam cum eisdem dominis ordinamus, facimus et statuimus, quot, quicunque dictum episcopale servicium iuxta ordinem consuetum debuerit facere, decem marcas Lubicensium denariorum pro utilitate ecclesie scilicet librorum, vasorum, utensilium, vestium, ornamentorum, paramentorum necessariorum comparacione seu reformacione reservandas et rectori scholarium, qui pro tempore fuerit, IIII[or] marcas Lubicensium denariorum, de quibus dominis canonicis supradictis computacionem faciat, pro servicio scolarium ibidem faciendo exponendas prefatis dominis decano, canonicis et capitulo aut thesaurario ibidem de consensu et nomine dominorum eorumdem infra tres menses necnon rectori scolarium ibidem infra VIII[o] dies a festo beati Andree apostoli illo anno, quo ipsum tangit ordo huiusmodi servicium episcopale faciendi, computandas dare et solvere debeat expedite sub pena excommunicacionis late sentencie in hiis scriptis. Decernimus[a]) eciam omnes et singulos huiusmodi marcas usibus predictis deputatas inter se dividentes seu alias in alios usus sine licencia nostra vel nostrorum successorum converten[te]s sentenciam excommunicacionis incurrere ipso facto.[b]) Insuper in casu, si contingeret, quod forte ex canonicis ibidem nullus superesset ad huiusmodi episcopale servicium faciendum, ordinavimus et statuimus et presentibus ordinamus et statuimus,

**Zu 13:** Meckl. Urk. Nr. 11122. Nach dem Diplomatarium ecclesiae Bützowiensis. fol. 104b.

a) aus discernimus. b) aus festo.

ne huiusmodi consuetudo laudabilis et honesta omnino et ex toto pereat et annulletur, quod a seniore canonico eiusdem ecclesie Butzowensis secundum ordinem et gradum descendendo servicium huiusmodi resumatur et deserviatur, donec alius novus canonicus iterato superveniat, qui extunc huiusmodi servicium facere et deservire, ut premittitur, teneatur, tali tamen eciam apposita condicione, quod illi canonici, qui iterato seu secundario huic episcopali servicio deservierint, IIII^or marcas Lubicensium denariorum et non ultra pro huiusmodi servicio episcopali c) solvant et ad alias X marcas Lubicensium denariorum pro reformacione librorum vasorum, utensilium, ornamentorum, paramentorum supradictas d), ut prefertur, minime teneantur ex eo, quod prius huic servicio episcopali deservierunt......

Datum et actum Butzowen in loco capitulari ecclesie Butzowensis supradicte, anno domini M°CCC° septuagesimo octavo, in die beate Margarete virginis et martiris gloriose.

---

## 14.

# Gedanken eines Priesters über die Erziehung eines Jünglings in Wismar.

[Rom. 19. September 1388.]

Integri amoris constantisque amicicie salutacione premissa. Frater et amice carissime .....

Valde doleo, quod cum dicto Hinrico nepote meo vexationes habuistis et habetis. Puto tamen, quod ebrietas ipsius per cibi et potus subtraccionem possit curari, qua curata mentis duricia et corporis inmundicia aliquantulum curabuntur et, si huiusmodi cure sibi adhibite adhuc infra tres vel quatuor menses non suffragabuntur, placet michi summe, quod ipsum dimittatis ire, quo velit. Nolo enim aliquo modo, quod vexaciones cum ipso habeatis, quas per me nollem secum habere nisi ad modicum tempus, et hec sibi, si placet, dicatis .....

---

c) deservierunt ist durchstrichen. d) in supradictarum verbessert.

**Zu 14:** Meckl. Urk. Nr. 11950: Der 1. Brief des Jakob Repest, fallend zwischen 1388 und 1395. Meckl. Urk. Nr. 11951: Der 2. Brief des Jakob Repest, um 1388, am 19. September. Nach dem Original im Wismarschen Ratsarchiv.

Rogo ut ad cognatum meum vobis commissum respectum habeatis ipsumque in rigore teneatis seu teneri faciatis et michi rescribatis, quid sibi de vicariis conprendis factum sit vel fieri speretur . . . . .

Scriptum Rome, die XIX mensis Septembris, meo sub signeto.

Jacobus Repest.

Fratri carissimo domino Hinrico de Balsee, prothonotario dominorum Wismariensium, detur.

---

## 15.

# Die Fundationsbulle der Universität zu Rostock.

**Ferrara. 13. Februar 1419.**

Martinus episcopus, servus servorum dei, ad perpetuum rei memoriam. Sapientie cuius immarcessibilis inextinguibile eradiat lumen ac infinitus est thesaurus, et que omnem habens vigorem sacramentum virtutisque vapor est altissimi, dispensator et dux omniumque carismatum elargitor dominus ad hoc sue miserationis dignatu nobis licet immeritis sponse sue universalis ecclesie regimen pia dispensatione commisit et nostre debilitatis oculo iugum imponens apostolice servitutis nos ad sacram Petri sedem conscendere voluit, ut inenarrabilibus investigabiles suas facientis semitas dei exquisitis iudiciis, tanquam de supremo vertice ad mundi infima prothoplaustique posteros, qui non nativitatis depascunt fructus, sed intelligentie spiritum, eandem, cuius initium verissima est discipline concupiscentia, perstringendo sapientiam divinis educantur eloquiis, reflectentes intuitum, quid pro indisciplinatis errantium curandis mentibus, pro huiusmodi illustranda ecclesia ad fidei propagationem conferat orthodoxe, quid statui conveniat fidelium quorumlibet, prospiciamus attentius, et qualiter a fidelibus ipsis profugatis ignorantie tenebris illi post supereminentissimam summi opificis notionem per eiusdem sapientie donum in viam mandatorum directi

---

**Zu 15:** Nach dem Abdruck des Jahres 1620: Bulla fundationis academiae Rostochiensis. Typis Ioachimi Pedani, acad. typ. An. 1620. 6 Bl. Andere Drucke erwähnt Krabbe, Die Universität Rostock im 15. und 16. Jahrhundert, S. 38 Anm. 2. Das Original befindet sich im Geh. Archiv zu Schwerin. Ich habe den Text nach diesem verbessert. Unter dem Falz der Pergamenthandschrift, an der das Siegel hängt, steht: 1300 Goldgulden. G. Stoter. Jo. Simonis.

veri luminis pertingant claritatem solertius intendentes eos ad querendum ipsius alimenta sapientie litterarum studia, per que divini nominis et eiusdem fidei cultus protenditur, militans ecclesia tam spiritualiter quam temporaliter sustentaculo ducitur et cum animarum salutis incentivo succisisque iurgiorum sentibus pax et tranquillitas solidantur ubilibet omnisque conditionis humane dilatatur prosperitas nostre solicitudinis ope apostolicisque favoribus perpensius excitemus. Cum itaque, sicuti pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum Iohannis et Alberti, ducum Magnopolensium, nobis nuper exhibita petitio continebat, ipsi pro huiusmodi discipline sapientieque muniendis cultoribus et eorum ad illas zelo armature defixo superstitiositatum errorumque in partibus proch dolor illis germinantium consternendis praecipitiis earundem nedum, sed et vicinarum cum felici publice rei progressu partium eliciendis profectus utilitatisque antidotis, ad hoc venerabilis fratris nostri Henrici, episcopi Zwerinensis, ac dilectorum filiorum proconsulum et consulum opidi Rostoccensis Zwerinensis dioecesis, quod temporali eorundem domino ducum subesse dinoscitur, concurrentibus auxilio et consensu in opido ipso veluti ad id accommodo plurimum et ydoneo generale studium apostolice sedis auctoritate fieri ordinarique desiderent, successu optato salubri, ut inibi huiusmodi discipline sapientieque poris apertis erudiantur simplices, equitate servata iudicii concrescat ratio et puritatis expansis radiis universorum clarius patescant intellectus, attendentesque duces ipsi, quod inter cetera virtutum opera que tanquam acceptum summo rerum auctori sacrificium ei per manus offeruntur humanas, illa divine maiestati grata plurimum nullatenus ambiguntur, per que ad suscipiendum singulare virtutum diadema illis, qui scientiarum earundem sitiunt acquirere margaritam oportunis remediis et auxiliaribus commodis subventionis presidium efficaciter impertitur, duces iidem unacum proconsulibus et consulibus prefatis inter alia, quod in eodem opido duo cum cameris stubellis reliquisque necessariis officinis pro magistris, doctoribus et aliis protempore legentibus docentibusque ibidem collegia denovo fundari erigique et constitui ac dotis ope competentis fulciri, quodque pro condecentibus magistrorum, doctorum et aliorum legentium eorundem stipendiis salariisque certi et congruentes annui redditus perpetuo deputari et assignari, omnes insuper et singuli magistri, doctores et scolares opidum ipsum studii causa protempore accedentes vel abinde, postquam studio ibidem insteterint, huiusmodi secedentes ipsorumque nuntii et servitores per eorundem ducum dominia

terras atque districtus sine dotii, passagii, gabelle, thelonei aut alterius exactionis solutione cuiuslibet liberum evolatum securumque transitum et conductum habere debeant, ac rector universitatis studii huiusmodi protempore existens super omnia membra universitatis eiusdem et illorum servitores tam in civilibus quam criminalibus et aliis quibuslibet causis, negotiis et excessibus sine impedimentis quibusvis libere plenarieque exerceat iurisdictionem, correctionem et emendationem, etiam ipsis ducibus, proconsulibus et consulibus in eodem opido quomodolibet competentes, quodque in opido ipso septimana qualibet vice bina congruo pro pane et carnibus ac continuis temporibus pro vino, cerevisia et aliis victualibus emendis et vendendis magistris, doctoribus, legentibus scolaribusque membris et servitoribus existat forum eisdem liberum, singuli autem huiusmodi causa studii protempore constituti inibi quecunque sua, res et bona, secum apportandi et ea pro voluntatis libito deportandi sive ibidem vendendi liberam habeant potestatem ceterisque privilegiis, libertatibus, immunitatibus et exemptionibus quibuslibet aliorum generalium studiorum, quantum in ducibus predictis et eorum subditis fuerit, gaudeant et utantur, cooperari et efficere promiserint fide creditiva, quemadmodum in ipsorum patentibus desuper confectis litteris suisque sigillis munitis plenius comperimus explicari, nos igitur, qui relatione fida post informationem diligentem super indagandis aptitudine et sufficientia aliisque circumstantiis opidi prefati de mandato nostro receptam opidum ipsum aeris videlicet temperie politum, singularem humano necessariarum usui rerum ubertate refertum et alias pro huiusmodi directione studii locum preelectum fore didicimus, pium meritoriumque eorundem ducum desiderium, per quod scientiarum fons, ex quo ad dei laudem ac gloriam haurire queant, singuli viri succedent consilii maturitate perspicui, virtutum ac dogmatum ornatibus redimiti, discendi speratur irriguus, paternis contemplantes affectibus et ad eximiam fidei devotionisque sinceritatem, qua duces ipsi erga nos et Romanam ecclesiam splendere noscuntur, attente destinantes considerationis aciem eorum in hac parte supplicationibus inclinati auctoritate apostolica presentium serie statuimus et etiam ordinamus: quod in opido ipso de cetero in facultate qualibet preterquam theologie generale sit studium illudque perpetuis futuris temporibus vigeat et preservetur ibidem, quodque omnes et singuli docentes, legentes et audientes inibi libertatibus, immunitatibus et indulgentiis quibusvis doctoribus, magistris, legentibus et scolaribus Colonie et in Wyennensis ac Lyptzensis. Pataviensis

et Merseburgensis dioecesis opidis studii causa commorantibus per sedem predictam et alias qualitercunque concessis gaudeant in omnibus pariter et utantur; singuli vero, qui cursu feliciter consumato in ea facultate, qua huiusmodi inhesere studio, bravium obtinere meruerint sibique etiam pro aliorum erudimento docendi licentiam ac doctoratus sive magisterii honorem petierint, elargiri per ipsorum inibi doctores sive magistros episcopo Zwerinensi, quem cancellarium studii in opido huiusmodi esse perpetuo volumus, constituimus pariter et ordinamus, ecclesia vero Zwerinensi vacante archidiacono Rostoccensi in eadem ecclesia protempore existentibus sive aliis ab ipsis protempore deputandis presententur et ab illis si servatis consuetudine et modis super talibus in aliis studiis premissis observari solitis ad hoc extiterint ydonei sufficientesque reperti licentiam et honorem sortiantur ac reportent antedictos. Et quiquidem presentati quamprimum illos adepti fuerint, absque ulterioribus de eis habendis examine et approbatione in ipsa facultate, qua licentiam et honorem attigerint, eosdem legere et docere poterunt etiam in aliis generalibus studiis quibuscunque. Rursus quoque promissionum earundem suadente vigore omnium et singulorum causarum et negotiorum cognitio decisio, membrorum quoque et servitorum eorundem, sive clerici vel laici fuerint, de levibus utpote pro capillatione et offensione cum palma vel pugno, citra membri mutilationem etiam sanguinis effusione secuta, similibusque criminibus et excessibus correctio et punitio ac omnimoda super illis iurisdictio ad rectorem et non ad duces proconsules vel consules supradictos sive ipsorum, quorum videlicet ditioni dictum opidum subesse censebitur, protempore ducum inibi successores aut aliquem ex eis ipsorumve officiales pertinere omnimode dinoscantur, prefatis ducibus successoribusque, necnon proconsulibus, consulibus et officialibus, cum modificatione infra scripta de causis et negotiis cognoscendi sive illas dirimendi aut membra et servitores huiusmodi vel ex illis aliquem pro criminibus et excessibus eisdem aut alias quomodolibet corrigendi, mulctandi vel puniendi seu aliquam in eos superioritatem vel iurisdictionem exercendi facultate et auctoritate penitus interdictis. Illi tamen ex membris et servitoribus predictis, qui, quod absit, in furto vel homicidio aut aliquo crimine capitali et ignominioso deprehensi fuerint, si clericali, debere reperiantur privilegio confoveri episcopi Zwerinensis protempore existentis huiusmodi. Si vero laici extiterint, temporali cohercionibus et iudiciis subiaceant debitam pro patratis acrimoniam perpessuri. Profecto ut super attendendis explendisque pro-

missionibus eisdem duces ipsi suorum tenacius animorum motus dirigantque conceptus volumus et eadem auctoritate decernimus. Quod duces sive successores prefati vel vice eorum alii ad hoc ydonei infra unius anni spatium a dato presentium computandum super fundandis et dotandis collegiis acquirendisque et assignandis redditibus huiusmodi si interim quo ad hoc promissiones ipse effectui mancipate non extiterint sicuti episcopo predicto rationabiliter congruere videbitur coram illo cautionem prestare ydoneam et quamprimum commode poterunt earundem presentium litterarum recepta notitia suis sumptibus et expensis oportunas ad comprehendendum huiusmodi promissionum effectum patentes auctenticasque litteras debitis communitas sigillis ad opus studii et universitatis eorundem procurare ac confici facere et requisiti illas ipsi universitati tradere ac deliberare debeant atque teneantur. Alioquin huiusmodi presentes littere nullius existant roboris vel momenti non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac aliis contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinationis, constitutionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatoum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Ferrarie Id. Februar. pontificatus nostri anno secundo.

## 16.

# Gesetze für das Pädagogium der Universität zu Rostock.

[15. Jahrhundert.]

### a.

### Die Einrichtung der Regentien und des Pädagogiums an der Universität Rostock. [15. Jahrhundert.]

I.

Primum nullus regenciarum rector teneat vel foveat scienter in domo sua discolum vel immorigeratum sub pena medii floreni.

**Zu 16 a:** Nach dem Abdruck der Universitätsstatuten bei Westphalen, Mon. ined. etc. Tom. IV. Sp. 1008 ff. § 9: De officio rectorum regentiarum,

II.

Item regenciales debent subesse et debitam reverenciam exhibere rectori suo eique parere in his, que regenciam concernunt et regimen eiusdem.

III.

Item regenciales cum suo rectore contendere non debent nec sibi convitia dicere sub pena medii floreni tociens quociens huic statuto contravenerint persolvendi.

IV.

Item quilibet regencialis ad omnia iura regencialia teneatur, videlicet ad ponendum pro mensa et potu et ad alia onera regencie sustinenda nisi racionalis causa ipsum a talibus excusaret.

V.

Item regencie claudi debent post sonum campane vigilum sub pena medii floreni quem rector regencie ad fiscum solvet quociens fuerit in hoc negligens repertus.

VI.

Item clavem regencie rector habeat vel eius fidelis commissarius.

VII.

Item rector regencie debet pro suis regencialibus quolibet die post prandium et post cenam unam brevem collacionem, disputacionem vel lectionem scholasticam tenere seu teneri facere in materia ipsis competenti sub pena remocionis a regencia.

VIII.

Item inobedientes et rebelles et discoli et precipue illi, qui conspiraciones, discordias aut alia illicita in regenciis excitant, dum convicti super his fuerint, de regenciis dimittantur et cum effectu expellantur, nichilominus integrum censum in penam suorum excessuum solvere teneantur.

IX.

Item sic dimissi aut expulsi propter dictas causas et consimiles alibi ad alias regencias nullatenus recipiantur nisi consilium universi-

Sp. 1026—1030; aber verglichen mit dem Original im Universitätsarchiv zu Rostock.

Die Universitätsstatuten stammen aus den ersten Dezennien des Bestehens der Universität, aber erst nach der Errichtung der theologischen Fakultät. Siehe Krabbe, Die Universität Rostock im 15. und 16. Jahrhundert. 1854. S. 75. Anm. 2. S. 76. und Krause, Zur Geschichte der ersten Jahre der Universität. Rostocker Schulschrift 1875. S. 16.

tatis duxerit eos recipiendos alioquin eos recipiens a regimine regencie sit exclusus et nihilominus decem solvat florenos fisco universitatis applicandos.

X.

Item regenciales sub pena tociens quociens unius obuli latina loquantur et horis lectionum et exerciciorum nullatenus in plateis aut campis vagentur sub pena quatuor solidorum regencie applicandorum, quam rector regencie exigere tenetur (et) finaliter debitorem rectori universitatis si non solverit denunciando sub pena octo solidorum.

XI.

Item nullus regencialium turpia faciat vel loquatur nec cum aliquo iniuriose contendat et precipue in mensa aut inter socios sub pena ad minus quatuor solidorum aut maiori quam rector universitatis super huiusmodi excessu convicto pro modo excessus duxerit infligendam.

XII.

Item nec regencialis nec aliquis studentium aliquem ludum inhonestum nocivum aut inconsuetum civium aut vicinorum provocatorum in domo vel in plateis habeat aut artem dimicatoriam exerceat scolas habendo vel ipsas instituendo in nocte vel in die sub pena tociens quociens adminus medii floreni aut maiori prout rector universitatis cum suis consiliariis duxerit infligendum.

XIII.

Item nullus graduatorum seu studentium sine dispensacione presumat portare cultellum trusilem hic in civitate sub pena amissionis eiusdem et quatuor solidorum fisco universitatis applicandorum tociens quociens contravenerint huic statuto.

XIV.

Item statuimus, quod nullus conveniat domum pro regencia nisi ex disposicione universitatis sub pena decem florenorum et suspensionis a regendo.

XV.

Item nullus regenciarum conventor aliquam domum conveniat ante duos menses mutacionis regenciarum, in qua alter moratur, nisi prius requisierit conventorem inhabitantem an resignare velit domum conductam vel retinere sine dolo et fraude sub pena duodecim florenorum pro medietate fisco et pro medietate conventori persolvendorum.

XVI.

Item nullus studencium stabit extra regenciam per universitatem approbatam, nisi per consilium universitatis sit ad alias et alibi standum licenciatus licencia temporali ut ad quartale anni vel ad medium annum, ultra quod tempus nisi nova habita licencia ab hospite suo non teneatur.

XVII.

Item rector domus per consilium universitatis deputandus sic fidem prestabit consilio universitatis: Ego N. sub bona fide promitto, quod meis scolaribus presentibus et futuris in tali domo mecum commorantibus aut commoraturis volo pro posse et nosse in moribus et disciplinis preesse, ipsos ad Latina loquendum cogere, strepitus in domo et incommoditates, quibus scolares in domo et vicini vexarentur, non admittere, rebelles et discolos sub forma statutorum corrigi procurare et tandem, cum opus fuerit, consilio universitatis, ut de remodio provideant, denunciare nec non domum horis statutis ab universitate firmitate non ficta ubique claudere et clausam tenere, cerevisiam quamcunque extraneam vel intraneam per me vel per alium vendere aut duallatim vendi permittere et si solus rexero, ultra triginta ponentes regenciales, si vero alio mihi adiuncto, ultra quadraginta in regencia nostra non admittam aut assumam nec scolares alterius regencie ad me colligere absque expresso consensu sui regentis aut rectoris universitatis et suorum consiliariorum et in fine temporis mihi concessi pro regimine domus ad manus consilii universitatis regenciam libere resignare gratiose, si michi ulterius regere placuerit petendo in eodem regimine continuari et quandocunque a regendo desistam aut requiescam, in aliquo termino illud universitati per dimidium annum ante ipsum terminum significabo, et hic medius annus erit a pasche ad michaelis tam quoad hospitem domus quam eciam universitatem.

XVIII.

Item omnia clenodia et utensilia regencie comparata per rectorem domus de communi collecta scolarium debent manere in dicta regencia mutato rectore et alio succedente, nec debe[n]t emi per rectorem novum ab antiquo rectore regencie, quia utensilia sunt communitatis et non rectoris, non tamen sic sunt communitatis, quod quis membrum universitatis existens exiens aliquam regenciam suam partem de utensilibus exigere possit, quia spectant ad communitatem regencie conjunctim, non divisim, ad communem usum, non ad appropriandum, nisi rector cum maiori parte regenci-

alium illa dimissa regencia intraret aliam domum regendam, qui recipiat secum clenodia et utensilia prius comparata, si vero aliqua domus regencialis penitus desierit esse, regencialis et scolares illius regencie ab invicem dissolvantur, facultas illius regencie de utensilibus, quibus fuerint applicanda, providebit.

XIX.

Item quia non vitatur malum nisi precognitum et audita statim de memoria dilabuntur, volumus et statuimus, quod in utraque scola videlicet iuristarum et artistarum in quadam tabula scripta appendantur universitatis statuta conclusionatim excerpta, omnia supposita in agendis et precavendis generaliter regulancia cum mandato rectoris mandantis in eisdem scriptis, quod nullum membrum universitatis illam tabulam auferre debeat aut ledere inscindendo aut cancellando, apponendo vel delendo aut quovismodo deturpando sub debito obediencie et prestiti iuramenti ita, quod contrarium huic mandato faciens aut facienti consenciens aut facientem sciens et celans rectori aut promotori non revelando eadem pena astringatur et involvatur et tamquam auctor malicie principalis sit puniendus.

XX.

Item volumus et statuimus, quod in qualibet regencia universitatis studii Rozstokcensis, similiter in pedagogio, omnia et singula statuta regencialium regulativa et statuta rectorem vel rectores in eisdem respiciencia habeantur appensa in folio pergameneo sive in tabula in communi stuba sive in regencialium refectorio, ut nullus illorum super statutorum ignorancia possit excusari. Ad quod deponendum et servandum obligabuntur rectores earundem sub pena suspensionis a regimine et sub pena quatuor florenorum, quando eorum negligencia fuerit evidens vel denunciata, et similiter ad predicta statuta sub forma expressa est apponendum mandatum rectoris universitatis, ne quis audeat deturpare.

XXI.

Item sicut rectores regenciarum astringi debent et sunt astricti per universitatis statuta, ut per illam horam, que immediate sequitur prandium factum, que non est deputata ad lectiones vel exercicia, similiter post cenam tractent stando vel sedendo materiam disputabilem, que utilius creditur prodesse regencialibus quam lectio, quia regenciales sic acquirunt disputandi habitum et assumunt audaciam opponendi scolastice et respondendi, sic regenciales pena-

Finis Eunuchus comedia secunda interpretata layca lingua[2]) per Magistrum Hildebrandum Dorgelo in scholis Beate Marie Virginis Rostock sub anno domini millesimo quingentesimo tertio, septimo kalendas Februarii.

**Zu 21:** Aus der Schrift eines Schülers, aufbewahrt in der Universitätsbibliothek zu Rostock (Mss. philol. 28[4]). Mir lag indes nur die Beschreibung von Adolf Hofmeister im I. Band der Beiträge zur Geschichte der Stadt Rostock, Heft 4. S. 77 ff. vor. Der Schüler heißt Michael, wie aus einigen Versen hervorgeht. Seine Handschrift bietet uns den Text der Schriftsteller und die Bemerkungen des Lehrers. Ganze Abschnitte haben keine Beischriften und legen von versäumten Stunden des Schülers Zeugnis ab.

[1]) Siehe auch Nummer 31b und 41.

[2]) layca interpretata: Aber die Bemerkungen des Schülers sind alle lateinisch.

## 22.

# Schul- und Kirchenverhältnisse der Stadt Grevesmühlen am Ende des Mittelalters.

**1517—1533.**

Anno 1518 sin hir to grevesmoln gewesen tein vicarien edder missepopen[a]) und ein pastor, ein scholemester, ein köster, alse erstlick Nicolaus Dene, scholemester; Valentin Evers, köster; her Jochim Tribbow, pastor; her Hinrick Sten, ein vicarius, notarius und statschriver, ein gewesener predicher tor Kalckhoff[1]); her Peter Gammelkarne, vicarius und notarius unde predicher; her Jochim Dannel, vicarius und notarius, her Hinrick Kock, vicarius und gemener predicher to borkow[2]); her Jochim Averberch vicarius, her Hinrick Kop vicarius, her Hinrick Smachthagen vicarius, her Georgen Everdes vicarius, her Nicolaus Smachthagen vicarius, her Antonius Greve vicarius. Düsse alle weren fullenkamen ordenert, se möchten predichen, bichtsitten, krancke besöken, sacramente vorrecken, kinder dopen, gelick alse de pastor[b]), jedoch hedde ein yeder sin eigen ampt und altar, doh he plegede und nerde sick van de rente, de dar to gestiftet was. Itt weren domal tvelff altar in der karcke, dar weren ock sös capellen: eine to s. Georgen, dar de meierhoff is; eine[c]) vor dem lübschen dor, hett s. hülpe[3]), an dem stendamme, alse sick schedet[d]) de lüpsche wech un de questiner wech, mit ener starken mur umringett, unde eine tom hilligen geiste, welches nu ein kornhuss is. De arme lüde wanden up des hilligen geistes hove. Dat armhuss was am ende der hilligen geistes kercke und gingen ut und in dorch de kercke. Dat hus wart anno [15]31 nedder gebracken, de arme wurden in de schole gewiset, de schole wart in de capelle, de up deme karckehave steit, gewiset. Noch eine capelle tor wernow[4]), het

**Zu 22:** Masch, Beiträge zur Geschichte merkwürdiger Bücher I. Stück, S. 74 ff. fand in „Augustinus de civitate dei" diese Eintragung von „alter Hand", welche noch „vor 1550 geschrieben ist". Ich habe den Text so übernommen, wie ich ihn bei Masch fand, doch folgendes verbessert:

a) aus nissepopen. b) aus papor. c) aus eme. d) aus schadet.

[1]) Kalkhoff, verschrieben für Kalkhorst, Pfarrdorf im Amt Grevesmühlen.

[2]) Borkow, muß heißen: Börtzow, ist ein Dorf in der Nähe von Grevesmühlen.

[3]) s. hulpe = sanctus salvator = Christusbild.

[4]) Warnow ist ein großes Dorf bei Grevesmühlen.

tom hilligen crutz, und eine capelle up dem berg, alse me[e]) na der Wismer geit am wege, de het s. calvarie. De pastor musste jarlich dem bisschoppe to Rosstsborch twelff mk vor de kercke tor hör geven und de wedem unde[f]) schüne, tunen und stelle erholden up sine eigen unkost. De vorstender buweten de halve wedem und nicht mer. De anderen vicarien buweden ehre waninge up ehre eigen unkost. H. Peter Gammelkarne[g]) heft anno 1517 de schole gebuwet up sine eigene unkost; na sinem dode met [?] it tor schole gelecht. Düsse vicarien hebben ein dusent marck lübecker penninge[h]) up rente belecht by Bernstorpe, Bassevitzen to Torstorpe und Stralendorpe to Kranckow, des geven segel und breve tuchenisse. Ock is domal mer alse vor twe dusent mk sülver, golt, an 25 becker, 11 monstrantzen[i]), sülvern krützen, spangen und was des mer is, gewesen. Dor von is verkofft vor 1250 mk und bey den rath to Lübeck up rente gedan. Dat ander sülver is vor mal vorkofft, an spangen, paelde[1]), bindeken[k]), krallensnor, dar de bilde mit gesmücket wurden, und was des mer was. Ein jeder ampt hedde ver[l]) lüchter in der kercke, desgelicken ein jeder dorp sine ver[l]) lüchter mith lichten besettet, de se holden muste. Düsse kercken dener sämptlich hedden eene frouwen allene. Anno 1533 nemen etliche frouwe, und wen düsser einer starff, so horde der kercken dat halve gude, de andere helffte den fründen.

---

## 23.

# Die Lektionen am Pädagogium der Universität Rostock.

Rostock. 5. April 1520.

Si Philippus, ille Macedonum rex, multis laudibus dignatus se fortunatum tota animi hilaritate, quam frequenter recensuit,

---

e) aus mi. f) aus an. g) für Gammellarne. h) penninge, so mutmaßt Schlie, Kunst- und Geschichtsdenkmäler, Tom. II, S. 345, der einen Teil dieser Stelle hat. Masch verzichtet auf die Lesung. i) aus mustrantzen. k) aus bindekan. l) aus vor.

1) Diademartiger Frauenschmuck.

**Zu 23:** Aus den Observantia lectionum in universitate Rostochiensi vom Jahre 1520, abgedruckt bei Krabbe, Die Universität Rostock, S. 319 Anm. 1, S. 352—354 u., aber von mir verglichen mit dem Original, das sich im Besitz der Universitätsbibliothek befindet. Einen andern Abdruck erwähnt Krabbe, l. c. S. 318 Anm. 2.

quod eo tempore filium suscepisset, quo grecanicae sapientiae vir pene divinus Aristoteles philosophiae balsamo multos imbueret, unus profecto (sua sententia ex milibus delectus), cui amatissimum filium recte et preclare instituendum traderet, non indigne huius temporis studiosos adolescentes fortunatissimos predicamus, qui felici sydere nati in hoc litterarium seculum inciderunt, quo vera et integra bonarum artium studia, heu multo tempore sub inertibus preceptoribus depressa, vincta et ad tabidum usque squalorem detrusa nunc in toto orbis circuitu sub optimis et munificis Mecenatibus florent, augentur et mirifice insplendescunt. Quales revera Mecenates et frugalissimos patronos ac defensores se habere gratulatur universitas Rostochiensis illustres et magnanimos duces Megapolenses Hinricum et Albertum germanos fratres optimarum litterarum christianeque religionis ardentissimos erectores et illustratores, quorum oculatissima prudentia ac mitissima admonitione rector, magistri ac doctores eiusdem academie subiectum ordinem verioris eruditionis invulgare et publicare decreverunt, quem singuli lectores ac eruditores fidelissime conservabunt ad fecunda adolescentum ingenia formanda et in deliciosis disciplinarum ociis sufficientissime reficienda. In gloriam dei et universe reipublice litterarie unicum decus. Datum Rostochii sub sigillo rectoratus nonis Aprilis anno vigesimo.

Lectiones pedagogii porte celi extraordinarie pro triviali eruditione parvulorum.

Mane hora sexta rector pedagogii exercet aut in fundamentis legices[a]) aut phisices secundum qualitates auditorum.

Hora septima conrector pedagogii exercet in elementis gramatices, quo ad inflectiones congruam nominum, verborum et reliquarum partium orationis.

Hora nona alter conrector exercet in formulis conficiendarum epistolarum cum applicatione Latinarum epistolarum Ciceronis, Plinii aut similium.

Hora duodecima conrector exercet doctrinam poetandi in diversis generibus carminum adhibitis exemplis probatorum poetarum Vergilii, Horacii, Ovidii, Catulli, Tibulli, Sillii et reliquorum sine numero priscorum et modernorum.

Hora prima conrector alter exercet in proprietatibus vocabulorum, quo indocti parvuli possint ad Latinam linguam promtius imbui.

---

a) Muß heißen: logices.

Hora tertia alter rector pedagogii aut in Donato aut sintagmate aut competenti poeta pro capacitate auditorum exercet.

Hora prima in profectis et vigiliis ac festis sanctorum unus conrectorum lectiones in metamorphosi Ovidii aut simili poeta diligenter observat.

Hora tertia eodem tempore alter conrector in ordinario estivo exercet in algorithmis integrorum annexis probis et minutiarum phisicarum, in ordinario hiberno in ecclesiasticis computationibus.

---

## 24.

## Der Unterricht der angehenden Klosterschwestern bei den Benediktinerinnen zu Dobbertin.

[Dobbertin. 19. Oktober 1569.]

Zu dem[1]) findet sich ein grosser mangel, alß dieses closter ein junfern-schule sein solte, das die junfern gar ubel gantz vorkerter weise darin unterrichtet werden, denn sie zu gar keinem stuck der gottsaligkeit und heilsamen lehre, viel weiniger zu dem heiligen catechismo ermahnet und gelehret werden, sonder allein zu nonnensitten und latinische gesenge zu lernen, das sie auch ungerne teutsche psalmbucher ansehen wolten, und vormeinen, den jungern junfern die latinische sprache einzubilden, mit der commendation, das die sprache sey lingua angelorum, und brauchen der alten schweren grammatiken Torrentini, Alexandri und anderer und lesen ihnen geschriebene Dicta Catonis und andere heidnische spruche fur; darein stehet ihre gantze institutio, das zu erbarmen. Und haltens noch wol so heilig, das darzu die allein gelassen werden, die ihre gelübde thun und von newen eingekleidet sein, welche den sechs jar[2]) in gedachten dingen unterweiset, muchten billig sagen, ohne einigen nutz gemartert werden.

---

**Zu 24:** Nach dem Abdruck in den Jahrbüchern des Vereins für meckl. Geschichte u. Altertumskunde. Jahrg. 22, S. 167. 168, aus dem Visitationsbericht.

[1]) Zu dem ..... Es ist Punkt 4 des Berichtes von der 3. Visitation des Klosters.

[2]) sechs jar: 1563—1569, seit der 2. Visitation, welche 1562 gewesen war und 1563 eine feste Ordnung eingeführt hatte.

# B. Schulverträge, Besoldungsverhältnisse und andere schulgeschichtlich wichtige Urkunden.

## 25.

## Die Anfänge von Bibliotheken.

1195. 1222. 1240. 1297. 1337. 1342. 1344. 1428.

### a.

### Die Anfänge der Bibliothek des Schweriner Domkapitels.
1195 und 1222.

. . . . . . . . . . . .

1. Boizenburg. 18. Juni 1195.

Des verstorbenen Bischoffs Bernonis Bücher sollen der Kirche widergegeben und uff die Gerbekamer gesetzt werden. . . . . .

Acta anno domini 1195, 14. kal. Julii, in Boyzeneburg, regnante Heinrico imperatore.

2. Schwerin. 31. März 1222.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Brunwardus dei gracia Suerinensis ecclesie episcopus . . . . .

Volumus etiam, ut oblatio, que in supradictis tribus solennitatibus ipsi dominico sanguini offertur, in tres partes dividatur, quarum una ad edificationem monasterii porrigatur, secunda ad usus cedat canonicorum, tertia vero tribus annis ad libros comparandos ecclesie conferatur, quibus transactis ipsa pars custodie sit perenniter deputata . . . . .

Acta sunt hec anno incarnationis domini M. CC. XXII. indictione X. Datum in Suerin, 2. kalendas Aprilis.

---

**Zu 25a:** Meckl. Urk. Nr. 158. (Bischof Isfried von Ratzeburg nebst zwei anderen kirchlichen Würdenträgern schlichtet den Streit des Kapitels mit den Wenden wegen der Bischofswahl. Es ist der letzte Punkt des Instruments.) Nr. 280. (Bischof Brunward bestimmt die Verehrung des heil. Bluts.) Nach den Protokollen des Notars Daniel Clandrian aus dem Jahre 1603. Fol. 280. 281.

b.

## Die Anlage einer Büchersammlung im Kloster Dargun.
15. Oktober 1240.

Borwinus dei gratia dominus de Rozstoc omnibus in perpetuum. Notum esse volumus universis has presentes nostras litteras inspecturis, quod, cum nos terminos ville Levin metiremur, unus mansus de eisdem terminis superhabundans ad manus nostras est hereditario iure ac legitimo devolutus, quem nos pro salute nostra, anime videlicet et corporis, priori in Dargun ad libros comparandos, reficiendos seu quolibet modo alio instaurandos cum omni iure perpetuo contulimus possidendum. Super quo facto dicto priori et monasterio ipsius Dargun presentes sigillo nostro dedimus communitas. Cuius rei testes sunt: Thidericus de Buren et frater suus Johannes, Jerezlaus et frater suus Johannes, Hinricus de Ragen advocatus noster et alii quam plures. Datum anno domini M° CC° XL° idus Octobris.

c.

## Büchersammlungen in Wismar.

*a.* Verzeichnis gottesdienstlicher Bücher zu St. Marien in Wismar. Wismar 1297.

Dominus Robekinus[1]) quondam custos beate virginis presentavit Theoderico successori suo III libros missales et unum ordinarium, duos antiphonarios et duo gradualia, duo volumina matutinalia et tres agendas, quatuor psalteria et unum omeliarium, duo volumina biblie et duo volumina nove passionalis, duo purpura spissa et unum purpur tenue[2]), quinque calices et duas ampullas[3]) argenteas. Et pro dicto Theoderico fideiusserunt Johannes de Moderiz, Rotbertus cognatus suus, Johannes Coqus et Jacobus de Szurowe. Hec nota sunt consulibus.

---

**Zu 25b:** Meckl. Urk. Nr. 515. Nach dem Original im Hauptarchiv zu Schwerin.

**Zu 25c:** *a*) Meckl. Urk. Nr. 2439. Nach dem Wismarschen Stadtbuche B. p. 241.

[1]) Robekinus = Robert (schon anno 1296 in Nr. 2368).

[2]) purpur spissum (dicht) et tenue sind geistliche Gewänder.

[3]) ampulla = Kanne.

### β. Verkauf zweier juristischen Bücher. Wismar. 1337 (zwischen 3. August und 9. Oktober).

Domina Kristyna, relicta Hinrici Töllenere, recognovit se vendidisse consensu filii sui Hinrici clerici duo volumina, scilicet Decretales et Innocencium, magistro Ludolfo de Winninghusen, iuriste dominorum consulum Hamborgensium, et domino Ywano de Klütz. Ipsa eciam domina et filius eius tenebunt indempnem dominum Ywanum ab omnibus impetitoribus super huiusmodi vendicione, si qui essent aut supervenirent impetitores in futuro.

### γ. Verkauf mehrerer Bücher. Wismar. 13. Mai 1344.

Bernardus Woldenbergh clericus recepit: de zelo et mundo, metrorum, de anima, de sbera orbis, super facetum. Hos libros dixit esse suos et stat pro eo proximioribus Hinrici Mordorpes[a]), quod pro hiis libris ab aliis moneri non deben[t].

### δ. Die Gründung einer Bibliothek in St. Marien zu Wismar. Wismar. 18. November 1428.

In nomine Domini. Amen. Ego Hinricus Balzee presbiter, scriptor civitatis Wismariensis, Ratzeburgensis dyocesis . . . . .

Demum volo et ordino, ut librarie ac librorum aidui per me ad honorem ipsius virginis gloriose pro usu cleri Wysmariensis donatorum, assignatorum in eadem capella supra armarium ecclesie beate Marie sepedicta, curam agitant et custodiam rector ac duo seniores vicarii ecclesie predicte, vel si seniores ad hoc iudicio omnium vicariorum vel saniorum et maiorum partium in ecclesia dicta apti non fuerint, ex tunc duo de vicariis per ipsos vicarios et non per rectorem eligantur ydonei ad custodiam et curam una cum rectore memoratas, quique tam rector quam vicarii ad libros illos claves habeant, nec alter alterius clavem custodiat vel recipiat absque consensu vicariorum omnium vel sanioris et maioris partis predictorum. Volo insuper et eciam ordino, quod residuum redditum predictorum ultra deputata et premissa per rectorem et vicarios predictos pro conservacione librarie et augmento librorum emoneatur et servetur, quodque rector et ipsi vicarii de residuo

---

β) Meckl. Urk. Nr. 5800. Nach einer Eintragung im Wismarschen Zeugebuch.

γ) Meckl. Urk. Nr. 6414. Nach einer Eintragung im Wismarschen Zeugebuch.

a) statt Mo[r]rdopes.

δ) Schröder, Papistisches Mecklenburg, S. 1889—1895, aber nach der gütigst besorgten Verbesserung von Dr. F. Techen in Wismar.

huiusmodi ad utilitatem et augmentum predictorum sic disponant, ut de hoc in extremo iudicio rationem reddere et meritum a iudice omnium retributore valeant reportare. Et nichilominus omnes et singuli presbiteri in eadem capella officia sive beneficia habentes amore eterne patrie et bone remuneracionis diligentem habeant atque frequentem custodiam et oculum vigilem pro eisdem ut eo arcius malum dampni impediatur volo, ut ad hoc etiam sint astricti et obligati .....

Acta sunt hec in ecclesia beate Marie virginis sepedicta anno indictione mense die hora et omnibus aliis quibus supra, presentibus ibidem honorabilibus et discretis Dominis Hermanno Kulp et Hermanno Gemmelyn presbiteris Ratzeb. dioc. ante dicte ac Domino Henrico Dangmer, perpetuo vicario in ecclesia collegiata Buzoviensi, Zvuerin. dioc. et pluribus aliis fide dignis testibus ad premissa specialiter vocatis et rogatis.

## d.

## Das Kloster Wanzka kauft eine Bibel in zwei Bänden.

1. Juli 1342.

Nos frater Hatbertus abbas monasterii Stolp recognoscimus publice per presentes, quod feminis religiosis domine Margarete abbatisse in Wancich (et) ceterisque sororibus sui conventus vendidimus rite ac racionabiliter bibliam unam in duobus voluminibus colligatam pro certa pecunia nobis integraliter persoluta et duabus partibus unius viatici nobis presentatis de scitu et consensu nostrorum seniorum subscriptorum, videlicet fratrum Conradi prioris, Thiderici subprioris, Johannis cantoris, Johannis dicti Vos, Hinrici cellerarii et aliorum plurimorum fide dignorum. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum anno domini M° CCC° XL° secundo, in octava sancti Johannis baptiste.

---

**Zu 25d:** Meckl. Urk. Nr. 6222. Nach dem Original im Hauptarchiv zu Schwerin.

# 26.

# Schulverleihung in der Stadt Parchim.

**1249. 1278. 1295.**

## a.

## Fürst Pribislav von Richenberg verleiht dem Priester Johann an St. Marien zu Parchim die Schulen auf der Alt- und Neustadt.

Parchim. 20. September 1249.

Pribizlavus dei gracia dominus de Rikenberch universis presentem litteram visuris in perpetuum. Universa negocia mandata litteris ac voce testium ab utroque trahunt inmobile firmamentum. Notum igitur sit presentibus et futuris, quod nos Iohanni, exhibitori prensencium, tam pro sua laudabili conversatione quam pro suo fideli obsequio nobis sepius inpenso cappellam nostri castri in Parchim cum sex mansis in Boken[a]) ad ecclesiam nove civitatis ibidem cum omni utilitate porreximus perpetuis temporibus suo usui feliciter possidendam. Preterea aream inter fossam castri et aggerem molandini sitam prefato Io[hanni] dedimus ad unam curiam et domum construendam, ut eo vincior esset in supradicto castro divinum officium peragendum. Insuper scolas, ubicumque in antiqua vel nova civitate construerentur, eidem contulimus in subsidium et iuvamen. Ne autem huic dono aliqua in posterum possit novercari calumpnia, prensentem sibi paginam nostri sigilli inpressione signatam tradi iussimus ad munimen. Astiterunt vero, cum fieret ista donatio: Nanno de Lentsin, Arnoldus et Bernardus de Molandino, Theodericus Berser, Iohannes de Redekestorp, Iwanus et Nicolaus fratres de Belowe, Gerardus et Martinus fratres de Malyn, Heinricus et Segebodo fratres dicti de Holtdorp, milites, Gerardus Knesel et alii quam plures, quorum hic non sunt nomina subarrata. Acta sunt hec publice in castro Parchim, anno gracie M°CC°X°LIX°. Datum ibidem, in vigilia beati Mathei apostoli et ewangeliste.

---

**Zu 26a:** Meckl. Urk. Nr. 633. Nach dem Original im Hauptarchiv zu Schwerin.

a) Das Meckl. Urk.-Buch hat Bo^v^ken.

b.

## Bischöfliche Bestätigung des Besitzes der Schulen auf der Altstadt Parchim für den Pfarrer an St. Marien daselbst.

19. Juni 1278.

In nomine dei. Amen. Hermannus dei gratia episcopus Swerinensis universis, ad quos he litere pervenerint, salutem in domino sempiternam. Notum esse volumus, quod anno domini M°CC°LXXVIII., die dominica proxima ante festum sancti Iohannis baptiste, de consensu nostro et voluntate dedicata fuit ecclesia de nova civitate Parchem per venerabilem in Christo dominum Ludolfum, episcopum quondam Halberstadensem, fratrem nostrum. Que inquam ecclesia dotata fuerat decem mansis in Boke cum omni utilitate et fructu ac sex modiis siliginis, quos plebanus eiusdem ecclesie, qui pro tempore fuerit, de villa Damerow percipiet annuatim, cum capella castri et scholis civitatis antique, que per eundem plebanum nove civitatis in divinis officiis et rectore scholarium perpetuo disponentur. Nos igitur dotationem eiusmodi in dicta consecratione publice per dictum episcopum nominatim expressam ratam habentes et firmam, dicto plebano suisque successoribus, prout hec omnia rationabiliter et iuste possidet, auctoritate ordinaria confirmamus ac presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre confirmationis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et ultionem canonicam se noverit incursurum. Acta sunt hec presentibus: Hedenrico capellano nostro, Iordano plebano in Wamekow, Henrico plebano de Gargeviz, Io. plebano de Vrowenmarck et Segebando plebano de Moderitz, clericis; item Nicolao de Belowe, Siffrido de Kerkdorp et Nicolao de Bruseviz, militibus; item Olemanno, Bernardo Stuten, Io. de Boycenborch, Io. de Molenbeke, Gerardo de Stenbeke, Tiderico molendinario et Henrico de Scolenen, laicis, et reliqua fidelium multitudine copiosa. Datum per manum Gerardi notarii nostri, canonici Swerinensis.

---

**Zu 26 b:** Meckl. Urk. Nr. 7200. Nach einer Abschrift aus dem Anfange des 17. Jahrhunderts im Hauptarchiv zu Schwerin.

c.

### Nikolaus von Werle verleiht seinem Kaplan Thietmar die Schulen auf der Altstadt Parchim.

Güstrow. 13. Februar 1295.

Nos Nicolaus dei gracia dominus de Werle recognoscimus et presentibus protestamur, quod nos nostro dilecto capellano Thitmaro, plebano nove civitatis in Parchem, contulimus communicato consilio discretorum ecclesiam dicte civitatis, capellam in castro cum fructibus suis, scholas sive collectionem scholarum antique civitatis ibidem cum annua pensione et libera potestate vocandi et remittendi scholares ac divina utriusque parrochie officia exhibenda, sicut sui antecessores habuisse hactenus dinoscuntur. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli nostri munime duximus roborandum. Testes huius facti sunt: Iohannes et Bernhardus fratres de Belin, milites, Iohannes de Reyz, Gotfridus de Ibendorf, clerici, et alii quam plurimi fide digni. Datum Gustrow, anno domini M°CC°nonagesimo quinto, dominica, qua cantatur Esto mihi.

---

## 27.

## Die Präbende des Scholastikus zu Bützow.

Schwerin. 1. Januar 1270.

Hermannus dei gracia Zwerinensis ecclesie episcopus omnibus presentem paginam visuris salutem et sinceram in domino caritatem. Geste rei noticia propagatur in posteros, cui venit auctoritas et robur testimonio litterarum. Declaretur igitur presentibus et futuris, quod nos, salubritati canonicorum ecclesie sancte Elizabeth Butzowensis insistentes, provida canonicorum nostrorum ecclesie Zwerinensis, videlicet venerabilis domini Ludolfi prepositi et domini Ghunteri prepositi eiusdem ecclesie Butzowensis, deliberatione prehabita, decrevimus prebendis minoribus aliquos addere redditus, maioribus vero subtrahere sine preiudicio nunc habencium prebendas easdem, quoad vixerint, ut predicte ecclesie canonici clamorem ad nos frequencius delatum unanimi facta concordia postergarent. Cuilibet autem prebende XXX et duo tremodia[1]) vel equivalens statuimus

---

**Zu 26 c:** Meckl. Urk. Nr. 7235. Nach einer Abschrift aus dem Anfange des 17. Jahrhunderts im Hauptarchiv zu Schwerin.

**Zu 27:** Meckl. Urk. Nr. 1178. Nach dem Diplomatarium Bützowiense. XIV.

[1]) tremodium = 12 Scheffel = 1 Drömt = $^1/_8$ Last.

assignari. Melioribus tamen in prebendis constituti de supercrescente gaudeant annona temporibus vite sue. . . . . .

. . . . . prebenda scolastici in Lussow II mansos, in Lukowe II mansos, in Reymersdorpe quinque tremodia et stolas, adiectis sibi tribus tremodiis de prebenda maioris Ghotghemak, cum vacarit, et in talibus redditibus permanebit. . . . . .

Volumus eciam, quod canonici sepedicte ecclesie, qui expensas habent, ad sustentandos scolares pauperes chorum ibidem frequentantes, derivaciones stacionum et ecclesie parrochialis Butzowensis et banno eiusdem civitatis gaudeant pensione. . . . . .

Ut autem huiusmodi ordinacio tam racionabiliter ordinata futuris temporibus stabilis perseveret, hanc presentem paginam inde confectam nostre et eiusdem ecclesie Butzowensis sigillis fecimus communiri. Acta sunt hec anno domini M.CC.LXX., die circumscisionis domini, pontificatus nostri anno septimo.

---

## 28.

# Heinrich der Pilger von Mecklenburg übergibt seine Adoptivtochter dem Kloster Rehna zur Erziehung.

Wismar. 8. Juli 1270.

In nomine sancte et individue trinitatis. Mutantur tempora, transmigrant homines, evanescit memoria, sed vivit robur testium et littera, et per eam diucius vivunt actiones; unde laudabilis fidelium inolevit consuetudo, actiones emergentes litterarum remedio aut testium viribus perhennare. Huius rei gracia nos Hinricus, dei gracia dominus Magnopolensis, tam futuris quam presentibus notum esse volumus, quod, cum in peregrinacionem versus Lyvoniam profecti essemus sub vexillo beate virginis militantes, inter mediam stragem paganorum ancillulam quandam multum tenere etatis, utpote triennem, ex ore gladii rapuimus et obtento sibi baptismi sacramento adoptavimus eam nobis in filiam, nobiscum ipsam in terminos

Zu 28: Meckl. Urk. Nr. 1193. Nach dem Original im Hauptarchiv zu Schwerin.

nostros traducentes. Ne igitur contagione seculi lubrici eam contingeret maculari, et ut saluti sue plenius consuleremus, misimus ipsam in claustrum Rene, ut inter virgines inbuta celestibus disciplinis virgo virgini perpetuo deserviret. Ut ergo ex eiusdem ancille introitu claustrum Rene solacium acciperet, non gravamen, quicquid habuimus in villa Parpurth cum quatuor mansis in terminis suis in longum et in latum sufficienter, ut modo distentis, cum omni proventu, sicut nos possedimus, conferimus Renensi ecclesie perpetuo possidendum, excepto maiori iudicio, de quo terciam partem eidem claustro damus, nobis duas partes residuas reservantes. De hiis autem redditibus sex marce denariorum in vestituram dicte puelle et cetera necessaria, quamdiu vixerit, per annos singulos convertentur. Testes vero huius donacionis sunt: Helmoldus de Plesse, Alvericus de Barnekow, Conradus Dotenberg, Benedictus de Rodenbeke, Hermannus Storm, Hinricus Pren, castellani Wismarie, Ludolfus Moltzan, Bernardus de Gusticow, Ulricus de Blukker, Nicolaus de Ekerenvordhe, milites, castellani de Godebuz. Acta sunt hec anno domini M°CC°LXX°, Hinrico tunc in Rene preposito ea fideliter procurante. Datum in Wismaria, per manus Godescalci notarii, in die beatorum martirum Kyliani et sociorum eius, VIII° idus Iulii.

---

## 29.

# Die Kosten für den Unterhalt von Schülern.

**1278. 1279. 1284. 1294. 1326.**

**a.**

### Der Unterhalt von Schülern, auch in betreff der scolastica doctrina.

Wismar. c. 1278. 1284. 1294.

*α.*

Iohannes albus et henricus albus, gener eius, et iohannes Brandenburg promiserunt coniuncta manu pro C. Marcis denariorum ad manus Gereconis[1]) filii Gerardi lanei textoris, qui manserat

**Zu 29 a:** Abgedruckt bei Burmeister, Urkundliche Geschichte S. 14. 15. und nach einer gütigst beschafften Korrektur von Dr. Techen in Wismar, der auch die Zeit bestimmte nach Stadtbuch B. S. 55. 74. 209.

[1]) Gereco = Gerhard.

super novam civitatem de hereditate patris sui: si predicti viri tres vellent vendere hereditatem eorum vel exponere non possent, nisi puero certificarent predictas C. Marcas: Quando autem de promisso soluti esse voluerint, in penthecoste certificabunt pecuniam prenotatam vel dabunt, et predicti tres viri tenebunt predictum puerum in expensis et vestitu et doctrina scolastica, secundum consilium consulum.

β.

Meyneco faber habet sub se XXV Marcas denariorum, quae pertinent pueris Iohannis institoris,[2]) unde tenebit Henricum scolarem filium ipsius Iohannis in expensis et scolastica doctrina, pro quibus idem Meyneco impignoravit.

γ.

Iacobus du Zwerin habet sub se LXXX[a]) Marcas denariorum, que pertinent cuidam reynekino[3]) scolari de Zwerin, pro quibus inpignoravit hereditatem suam in platea Tagmari[4]) et tenebit puerum eundem in expensis suis et providebit ei in vestibus et necessariis in scolis per biennium; quo termino elapso si vicinioribus amicis utrobique placuerit, idem puer secum manebit ulterius, sin autem,[b]) refundere debet pecuniam prenotatam.

b.

## Bevorzugung eines Schülers in einem Testament.

(Wismar 1279.)

Dum Theodericus dictus hosic in Rigam ire proponeret, de suo libero arbitrio sic fecit testamentum suum, quo si dominus ipsum vocaret, ut ingrederetur viam carnis universe, quod tres privigni sui LX marcas de hereditate patris eorum debent habere inante, quo facto mater puerorum predictorum dimidietatem de aliis bonis, que supersunt supradictas LX marcas, levabit, partem vero, que Theoderico possit derivari, mater et pueri divident equanimiter, excepto uno agro in Dargezoywe, quem scolaris unus de tribus pueris, si apud scolas manebit, habebit inante.

a) Die Summe ist später mehrfach abgeändert. b) Der Sinn erfordert vielmehr: si minus.

[2]) institor = Kramer.

[3]) Reynekinus = Reinke oder Reinhard, auch Reinbert.

[4]) D. i. Dankwartsstraße, s. Techen in Jahrb. für meckl. Gesch. Jahrg. 66, S. 87.

**Zu 29 b:** Abgedruckt bei Burmeister, l. c. S. 9. 10. und nach der Verbesserung von Dr. Techen, der nach Stadtbuch B. S. 24. die Zeit bestimmte.

c.

### Der Schüler Johann Lyse erhält eine Zuwendung an Geld.

(Wismar 1326.)

Senior Iohannes Middelvar assigavit et dedit Iohanni Lysen privigno suo XV marcas Lubicensium denariorum in domo Sancti spiritus existentes, de quibus dabuntur eidem Iohanni Lysen XXIIII solidorum redditus, quamdiu scolastico studio adheserit. Si vero laycari inceperit, tunc provisores ipsius Middelvar dabunt dictas XV marcas, ubi volunt. [Provisores] domus [scil. Spiritus] dictos redditus pro XV mr. Lubicen. reemere ex gracia possunt, quando volunt.

---

## 30.

## Der Scholastikus und zahlreiche Schüler in Parchim erhalten Zuwendungen aus einer Geld- und Kleiderstiftung.

Parchim. 6. Januar 1293.

In nomine domini. Amen. Consules in Parchem omnibus presencia visuris seu audituris salutem in salutis auctore. Ne acta in tempore una cum fluxu temporaneo evanescant, expedit ea non solum proborum testimonio, verum eciam litteris inde compositis perhennari. Ideoque notum esse cupimus omnibus Christi fidelibus, quod Wolderus Magnus, civis in Parchem, ob divine gratie respectum et in salutem anime sue ac sue uxoris de reditibus sui altaris, quod in ecclesia beati Georgii construxit in honore beatorum apostolorum Symonis et Iude, elemosinas assignavit perpetuis temporibus duraturas. . . . . .

---

**Zu 29 c:** Abgedruckt bei Burmeister, l. c. Beil. 1 Absatz 1 und nach der Verbesserung von Dr. Techen, der das Jahr nicht mit Bestimmtheit angeben kann, weil die Schrift im Stadtbuch auf Rasur eingetragen ist.

**Zu 30:** Aus Meckl. Urk. Nr. 2203. Nach dem Original im Hauptarchiv zu Schwerin. In Nr. 2204 liegt eine kürzere Ausfertigung von demselben Tage vor. Hier heißt es: Item . . . . triginta sex scolaribus tres solidos assignavit ad dicendum vigilias ac missas tres, ita quod tercia missa fuerit de spiritu sancto, ad quas sacerdos sui altaris sex denarios tenetur offerre. Item in tempore anniversario sex scolaribus sex paria calligarum de albo panno assignavit, unumquodque par alteram dimidiam ulnam continentem, ideo quod unicuique scolari lectio duorum psalteriorum obligetur . . . . .

. . . . . item in anniversario suo ac uxoris sue prefato rectori ecclesie sex denarios assignavit, duobus capellanis suis sex denarios, triginta sex scolaribus tres solidos ad dicendum vigilias ac missas tres, ita quod tercia missa fuerit de spiritu sancto, ad quas sacerdos sui altaris sex denarios tenetur offerre. . . . . .

. . . . . Item sacerdos iam dicti altaris in ipso anniversario sacerdotibus utriusque civitatis ac scolastico cum duodecim solidis servicium exhibebit. . . . . .

Item quartam dimidiam marcam assignavit ad stipam[1]) pauperibus erogandam; item quatuordecim solidos assignavit ad calcios, ad necessaria duodecim pauperum procuranda, ita quod unumquodque par emptum sit pro censu quatuordecim denariorum. Item Wolderus quintam dimidiam marcam assignavit, cum quibus tres albi panni debent procurari; de ipsis pannis duodecim pauperes vestiri debent, ita quod unicuique septem ulne diriventur. Sex scolaribus de ipsis pannis sex paria calligarum diriventur, unumquodque par alteram dimidiam ulnam continens, ita quod in anniversario Wolderi ac sue uxoris unicuique scolari lectio duorum psalteriorum obligetur. . . . . .

Preterea ad istas elemosinas prefatas Wolderus viginti marcas novem solidis minus assignavit ac sacerdoti sui altaris vi(n)ginti marcas denariorum singulis annis, de quibus una cum suo scolari commode poterit sustentari. . . . . .

Ad istas elemosinas sepius nominatas consules in Parchem propter deum et ad peticionem Wolderi se obligaverunt, si reditus sepedicti altaris in persolutionis tempore quodam modo fuerint occupati, ipsorum mediante auxilio in locum sepius assignatum dirigentur. Item prememoratum altare cum elemosinis ad hoc assignatis debet esse beneficium speciale, ut nullus superveniens (qui) illud debeat destruere, sed in perpetuum debet integraliter permanere. Testes huius donacionis sumus consules in hoc anno: Hermannus Rampo, Folpertus, Landbertus de Merica, Iohannes Pannicida, Iohannes Molenbeke, Bertoldus Longus, Goldeke, Gherardus Calmeri, Iohannes Coliseren, Olemannus, Hermannus filius Seldenhemi, Hennekinus Stuto. Ne autem aliquorum successorum malicia presens donum trahat in calumpniam, paginam hanc inde conscripatm sigilli nostri munimine ac sigilli Wolderi fecimus roborari. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°CC°LXXXX° tercio, in die festivo epyphanie.

[1]) Stipa = elemosyna.

# 31.
# Abgabenfreiheit von Schulmeistern.
1296. 1515.

a.

## Abgabenpflicht des Schulrektors Mag. Hermann zu Wismar.
(Wismar 1296.)

Magister Hermannus, rector scolarum, emit aream a Marquardo molendinario pro XL marcis denariorum, sitam infra hereditatem Iohannis Dargezowen et cimiterium beate virginis in angulo, quam sibi coram consulibus resignabat. Consules quoque consenserunt ita videlicet, quod predictus magister Hermannus omnia facere teneatur, que ceteri cives de suis hereditatibus facere consueverunt.

b.

## Der in den Ruhestand tretende Magister Hildebrand Dorgelo an der Schule zu St. Marien in Rostock erhält einen Erlaß in bestimmten Abgaben.
(Rostock). 7. Mai 1515.

Ick Hildebrandus Dorgerlo, artium magister unde börger to Rostock, bekenne apenbar yn unde mit desseme myneme breve vor alsweme, dat yk eyne tyd lanck de schole to unser leven frouwenn bynnen Rostock vor eynen scholemeyster geregeert unde dar by mynen fliit und, so vele an my was, dat beste gedan hebbe. Unde so yck denne van olders wegen desulfften schole vorlaten unde deme ersamen rade to Rostock gutlick gedanket, des se my denne uth gudome willen umme sunderliker fruntschop unde mynes truwen denstes willen fryg, qwyt unde loesß gegeven hebben to myneme levende sodanne vyff mark renthe, so de weddeheren[1]) uth myneme huse, yn der Kusvelde straten belegen, jarlikes tho börende hebben, unde dar to de XIX ßl wortgelt[2]) uth mynen beyden höven

---

**Zu 31 a:** Meckl. Urk. Nr. 2407. Nach dem Wismarschen Stadtbuche B. p. 231. Auch bei Burmeister, Urkundliche Geschichte. S. 9.

**Zu 31 b:** Siehe Nr. 21. ǒ habe ich mit ö, ů und å dagegen mit u und a wiedergegeben.

[1]) Weddeherren = Gewettsherren, Inhaber eines städtischen Amtes der Stadt Rostock (z. B. Meckl. Urk. Nr. 11649: domini silvarum vulgariter dicti weddemestere).

[2]) Wort, auch Wurt, ist ein Bauplatz, auch ein bebauter Ort, Hofstätte.

buten sunte Peters dore belegen, des yck eren Ersamheyden gutlick bedancke, alzo hebbe yck my wedderumme vor my, myne erven unde nakomelinge vorplichtet unde vorwylliget, dat sodane vorlatinge sulker vorg(enomeden) rente unde worttynses nicht lenger dan to myneme levende waren schal; wenner yck oversß vorstorven byn, so schölen myne erven unde besittere des vorg(enomeden) huses unde hoves tho uthgyfft sulker renthe unde worttynses yn aller mate vorplichtet syn, gheliik alze yk vorhen unde eer sulker vorgerörden vorlatinge gewest hebbe, allet sunder argelyst unde geverde. Unde hebbe desses alle to merer vorsekeringe myn yngesegel hyr benedden gehenget vor dessen breeff, den yck ock to furder tuchnisse myt myner eygen hant undergescreven hebbe, des mandages na Philippi et Jacobi apostolorum anno etc. dusent vyfhundert vöffteyne.

---

## 32.

# Der Vergleich des Scholastikus Nikolaus von Stralendorf zu Wismar mit den Ratmännern daselbst.

Wismar. 7. April 1297.

De iure scholarum.

Dissensio, que orta fuit inter Nicolaum filium domini Heynonis de Stralendorpe, scolasticum civitatis Wismarie, de scolis, ex parte una, et consules, ex parte alia, taliter est sopita, videlicet quod unusquisque puerorum frequentancium dabit rectori scolarum pro precio scolastico X solidos annuatim. Item quicumque scolarium libro magistri usus fuerit et ipsum ad finem audierit, ipso finito dabit magistro pro pastu duos denarios; socii vero assidentes in eodem loco, qui non audiverunt illum librum, nichil dabunt, et qui proprios libros habuerint, quos audiunt, eciam nichil dabunt. Item pueri, qui illuminare debent suis sociis, portabunt tantum duo lumina, quorum dabunt magistro quivis unum, et cum reliquo suis

---

**Zu 32:** Meckl. Urk. Nr. 2444. Nach dem Wismarschen Stadtbuche B. p. 242. Auch bei Burmeister, Urkundliche Geschichte, S. 28.

sociis illuminabunt, quam illuminationem incipient in crastino omnium sanctorum et in purificatione beate virginis terminabunt. Preterea consules construent et reficient scolas predictas de rebus ecclesie, prout ipsis videbitur expedire. Super quibus decreverunt ex utraque parte, quod omnia suprascripta nec augmentari, nec minui debeant, nec in aliqua parte penitus innovari. Et pro tali iusticia eroganda rector scolarum institui debet, qui civitati et pueris plenam iusticiam faciat et det liberam licenciam scolaribus ad altaria ministrandi, quanto remissius conveniri potuerit tempore sue misse dicende, et si contigerit ad exsequias processiones ordinare, ex hoc cum scolaribus munera non deposcat. Hec omnia rata servabuntur et huic precio prediffinito idem Nicolaus scolasticus temporibus vite sue fortiter commanebit. Acta sunt hec anno domini M°CC° nonagesimo VII°, die palmarum.

---

## 33.

# Beispiele von Einkünften aus kirchlichen Obliegenheiten für Lehrer und Schüler.

1305. 1308. 1381. 1407. 1504.

a.

### Ein Schüler hat stiftungsmäßige Einkünfte aus dem Dienste bei einer Vikarei in der Pfarrkirche zu Neu-Röbel.

[Röbel] 14. Mai 1305.

Universis Christi fidelibus hanc litteram visuris vel audituris Iohannes dei gratia archidiaconus nove civitatis Robele necnon consules civitatis eiusdem salutem in eo, qui ex nihilo condidit universa. Quoniam defluente tempore . . . . . igitur nos supradicti ad perpetuam rei[a]) memoriam profitemur . . . . ., quod Bartoldus de Cernow, civis in Robele, . . . . . quoddam altare in ecclesia sancti Nicolai cum consensu et pleno favore domini Iohannis archidiaconi,

---

**Zu 33 a:** Meckl. Urk. Nr. 2997.

a) „rei“ fehlt in einer andern Abschrift.

eiusdem ecclesie rectoris, fundavit et cum pr[o]ventibus validis et redditibus liberis, perpetuis dotavit et idem altare cui(us)dam sacerdoti contulit rite et rationabiliter propter dominum, sicut de iure beneficium est conferendum. Reditus ad altare sunt: in quatuor mansis in campo Kuskow quatuor tremodia siliginis, duo tremodia hordei et octo tremodia avene; item in Nedebow duo tremodia siliginis et duo tremodia avene; scholari ad altare servienti unum tremodium avene in Nedebow et unum hortum liberum ante civitatem situm, ecclesie sancti Nicolai pro cera et vino ad idem altare pertinenti[b]) unum tremodium hordei in Nedebow. . . . . .

Idem altare dictus Bartholdus tempore vite sue confere[e]t[c]) et expleto vite ipsius termino ius patronatus eiusdem altaris ad manus domini archidiaconi et ad consules divolvetur; et si sacerdotem predicti altaris mori contingeret vel altare voluntarie resignaret, dicti Bartholdi heredes proximiores ad tale altare suscipiendum non scholarem, non personam infamem, non bibulum, non tesseratorem, non fornicatorem, sed sacerdotem, virum probum et honestum presentabunt, cui talis prebenda est amicabiliter conferenda. . . . . .

Ne autem hec donatio nostraque confirmatio neque a Bartholdo neque ab aliquo heredum vel successorum suorum possit infringi, nostris sigillis presens scriptum in testimonium duximus roborandum. Acta sunt hec anno domini M.CCC.quinto, pridie idus Maii. Testes . . . . .

Nos vero Arnoldus dei gratia Havelbergensis ecclesie episcopus, ut cultus divinus amplietur, ordinationem sive dotationem presentibus suprascriptam in nomine domini confirmamus, eandem nostri si[gilli] munimine roborantes.

## b.

## Der Anteil der Schüler an den Memoriengeldern des Domkapitels zu Ratzeburg.

Ratzeburg. 25. Juli 1308.

In nomine domini. Amen. Universis Christi fidelibus presens scriptum audituris Iohannes dei gracia prepositus, F[ridericus] prior totumque capitulum ecclesie Raceburgensis ad perpetuam rei geste

b) für „pertinente“ in letzterer. c) für „confert“.

**Zu 33 b:** Meckl. Urk. Nr. 3235: Ordnung der Memoriengeldverteilung des Domkapitels zu Ratzeburg. Nach dem Original im Hauptarchiv zu Neustrelitz.

memoriam. Cum hii, qui divinis officiis mancipati sunt, ex prava forsan desuetudine tardius aut negligencius debito, sine inpunicione ad ipsa officia exsequenda conveniunt, expediens videtur et iuri consonum, ipsos per distributionem sive porcionum, que ministrari consueverint, subtractionem vel alicuius condicionis apposicionem compellere sive allicere debitis officiis studiosius interesse, quia, sicut veterum clamat auctoritas, sive ignoscendo sive plectendo hoc solum bene agitur, ut vita hominis corrigatur et divinus cultus augeatur. Sane prelatis nostris sepe querulose ac dure nobis in capitulo congregatis proponentibus de chori negligentia, et maxime quando memorie defunctorum solempniter aguntur, placuit nobis omnibus et singulis aliquem excogitare modum, quo absentes puniantur et presentes nichilominus consolentur. Petito itaque et optento consensu venerabilis in Christo patris et domini nostri H[ermanni], ecclesie nostre episcopi, sic duximus statuendum: .....[1])

Fratres conversi, quos numerum denarium excedere nolumus, qui habitum portant, et subdyaconi in scolis contenti erunt dimidia memoria canonicorum. Item subdyaconi in scolis sub iugo existentes, qui scolasticis disciplinis frequenter intenti vel propter officium suum sepe de choro sint absentes, nequaquam propter hoc sua porcione carebunt; qui si absentes fuerint, scilicet apud parentes suos vel alios de licencia magistri sui, porcio absencie ipsorum deposito applicetur .....

Et nos Hermannus dei gracia Raceburgensis ecclesie episcopus suprascripta diligenter examinantes, quia invenimus ad aucmentum cultus divini, morum correctionem ac honorem ecclesie nostre laudabiliter excogitata et statuta, ea secundum omnes suos articulos approbamus, ratificamus et confirmamus auctoritate, qua fungimur dispensantes, ut possitis pecuniam sic perceptam, cum sit pars prebendarum vestrarum, in usus vestros expendere, sicut vobis videbitur expedire. Ad cuius evidenciam eciam sigillum nostrum una cum sigillo capituli vestri apponi fecimus huic scripto. Et nos Iohannes dei gracia sepedicte ecclesie prepositus similiter fecimus nostrum apponi sigillum. Actum et datum anno domini M°CCC°VIII°, in die sancti Iacobi apostoli.

---

[1]) Der Propst bestellte jemand für den Dienst der Memorien, der dafür 24 Mark erhielt und kleinere Zuwendungen. Dieser verteilte das Geld, so daß jeder Kanonikus 6 Denarii von der Mark erhielt. Der Propst erhielt für sich und den Kaplan den Anteil dreier Domherren. Wer zu spät kam, wurde mit der Entziehung der Hälfte, wer nach dem kyrie kam, wurde als Abwesender mit der Entziehung des Ganzen bestraft.

c.

## Der Anteil des Schulmeisters und der Schüler in Gadebusch an den Einkünften einer Messestiftung.

Röggelin. 6. Januar 1381.

In nomine domini, amen. Cum suprema fecilitas[a]) humani generis in possessione celestis patrie consistere dinoscatur, ..... hinc est, quod ego Iohannes de Bulowe[b]), morans in Roggelyn, famulus, in salutem anime mee et pro pia felicitate animarum parentum ac proximorum meorum cultum divinum augeri cupiens do et appono modis et condicionibus subcontentis pro me et heredibus meis perpetue dotis, ..... antique vicarie nostre in ecclesia parrochiali Godebusz, Raceburgensis dyocesis, per nostros progenitores felicis recordacionis quondam instaurate et fundate, cuius reddituum maior pars in villa Slavicale Rambeel[1]) est situata, ..... omnes pactus et redditus meos, quos hucusque habui et possedi in dicta villa Rambeel, videlicet ..... ita tamen, quod vicarius iam dicte vicarie, qui est vel qui pro tempore fuerit, novem pias memorias quolibet anno temporibus infrascriptis post vesperas cum vigiliis et de mane inmediate sequente cum duabus missis pro defunctis in remedium animarum parentum ac proximorum meorum de predictis redditibus in eadem ecclesia Godebusz fideliter imperpetuum peragere providebit, et in uno quoque memoriarum tempore quatuor solidos Lubicensium denariorum realiter erogabit, videlicet quod in crastino beati Briccii confessoris peragetur anniversarius patris mei Nicolai de Bulowe, et dabit presenti in vigiliis plebano in Godebus VIII denarios Lubicenses, et de mane ad missas pro defunctis IIII[or] denarios offerantur[c]), tres quoque solidos residuos inter cappellanos ecclesie et vicarios, vicevicari[um] ac rectorem scolarium. si sacerdos actu fuerit, in vigiliis presentes, necnon scolarem ecclesie more solito campanas pulsantem sit in singulis memoriarum temporibus porcione equali distributurus; sed quantum simplicibus scolaribus de dictis tribus solidis dabitur in iam dictis vigiliis existentibus, sit in consciencia et voluntate distribuentis; anniversarius vero matris mee Sophie peragetur in festo sancte

---

**Zu 83 c:** Meckl. Urk. Nr. 11307. Nach dem Original im Hauptarchiv zu Neustrelitz.

a) und c) das Zeichen! ist von mir weggelassen. b) Bulowe hier und sonst statt Bůlowe.

[1]) Slavicale Rambeel = Wendisch Rambeel, in der Nähe von Gadebusch.

Barbare virginis, dabitur similiter et tantum; anniversarius fratris mei Nicolai in profesto Cecilie virginis, similiter et tantum; anniversarius sororis mee Yden in die sancti Mathie apostoli, similiter et tantum; anniversarius patrui mei Iohannis in die Septem fratrum, similiter et tantum; anniversarius mee prime uxoris Truden in profesto beate Elyzabeth, similiter et tantum; anniversarius mee secunde uxoris Elyzabeth quarto die post conversionis beati Pauli, similiter et tantum; anniversarius mei ipsius, dum venerit disposicione omnium conditoris, similiter et tantum; et post obitum mee uxoris adhuc divina miseracione viventis in ipsius anniversario similiter et tantum, dum venerit.

..... Ut autem hec omnia et singula inviolata et irrevocata perseverent ..... Datum Roggelyn, anno domini M°CCC°LXXX° primo, in die Epyphanie domini.

d.

## Eine Geldstiftung für den Rektor der Schule zu St. Marien in Wismar und vier Schüler zum Tragen von Lichtern bei Krankenkommunionen.

[Wismar] 1467.

Anno domini M.CCCCLXVII assignavit et dedit dominus Iohannes Appelbom presbiter ob salutem anime sue et omnium suorum benefactorum in honorem et reverentiam corporis domini nostri Iesu Christi redditus octo marcarum Lubic. denar. in hunc modum, quod procuratores existentes pro tempore ecclesie beate Marie virginis huius civitatis predictos redditus octo marcarum suis temporibus sublevare debent et ex illis rectori scholarium schole beate Marie virginis singulis annis dare VIII solidos et quatuor scholaribus honestis per rectorem ad hoc deputandum cuilibet singulis quartalibus anni quatuor solidos Lubecenses par solidorum Lubicensium. Proinde dicti quatuor scholares quociens capellanus dicte ecclesie beate Marie virginis cum corpore domini nostri Ihesu Christi ad infirmos vocatus saltem post quintam de mane et ante sextam horas de sero visitare voluit quatuor lucernas ob reverenciam et honorem sacramenti portare et cantica consueta de festo corporis Christi cantare sint astricti .....

---

**Zu 33d:** Schröder, Papistisches Mecklenburg. S. 2185. 2186. Dr. F. Techen in Wismar hatte die Güte, diesen Text nach dem Original zu verbessern.

e.

### Einkünfte des Schulmeisters und seiner Schüler bei einer Hochzeit, nach der Hochzeitsordnung des Rats zu Rostock.[1])

[Rostock 1504.]

Item. Wen eyne bruthmisse gesungen wert, so schal me den kosteren to ludende geven 8 ßl. sundesch unde den pulsanten up dem thorne eyne mölye unde dre stoveken beerß, der geliken den locaten unde schöleren, dede misse singen, eyne mölye[2]) unde twe stöveken beers unde dem schölemestere eyne mark sund[esch] unde dem organisten eyne mark sund[esch]. Unde schölen nene pulsanten edder sengere mede to der kost gaen, sunder efft jemant den scholemester effte organisten mede to der kost biddende wörde, so scholen se mede in dem tale der vate unde personen gerekent werden.

---

## 34.

# Küsterschulstellen in Stadt und Land.

1333. 1339. 1342. 1348. 1349.

a.

### Bestätigung eines schulhaltenden Küsters in der zum Schweriner Sprengel gehörenden Stadt Barth.

Barth. 10. Mai 1333.

Albertus dei gratia Magnopol[ensis] ac Starchar[d]ie domicellus omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam. Noverint universi, quod collationem seu provisionem Petro de Aven scolari, exhibitori presentium, super officium rectoris scole et custodie

---

**Zu 33 e:** Nach dem Original im Ratsarchiv zu Rostock; den Text nahm Dr. Dragendorf in Rostock gütigst für mich auf. Ein anderes Exemplar ist beschrieben bei Wiechmann-Hofmeister, Meckl. altniedersächsische Literatur III, S. 107 ff. Daselbst ist auch (S. 111) die Zeit auf das Jahr 1504 bestimmt.

[1]) Die älteste Hochzeitsordnung von Rostock (1470) enthält nach Angabe von Dr. Dragendorff nichts über die Schule. Auch die jüngern Ordnungen von 1538 und 1567 erwähnen sie nicht; Wiechmann-Hofmeister, Meckl. altniedersächsische Literatur III, 129. 161; II, 59 ff.

[2]) d. i. eine Mehlsuppe.

**Zu 34 a:** Meckl. Urk. Nr. 5421. Nach Westphalen, Monumenta inedita. IV, S. 976, auch bei Schröder, Papistisches Mecklenburg. S. 1128.

ecclesie parrochialis in Bard per nobilem dominum Wyzlaum, principem quondam Ruyanorum, legitime factam ratificamu[s], approbamus et nichilominus confirmamus dictumque scole et custodie officium sibi de novo conferimus in hiis scriptis, dantes eidem Petro facultatem liberam matrimonium contrahendi. In premissorum evidentiam eidem Petro presentes contulimus litteras nostri sigilli munimine roboratas. Datum Bard, anno domini M.CCC.XXX. tertio, feria II. in rogationibus.

b.

**Der [Scholar und] Küster zu Jabel erhebt Abgaben aus einem Hofe.** Malchow. 1339.

Nos Iohannes Priborn, plebanus in Karowe, viceprepositus Warnensis, tenore presencium recognoscimus nichilominus protestando, quod discussum est amicabiliter et placitatum finaliter cum scolare custodeque in villa Iabel, Iohannes nomine, parte ex una, et racione curie in Damerowe, parte ex altera, in hunc modum, quod curia talis assignare debet scolari prenotato pro suo labore sive precio tantum, quantum mansi ceteri seu curie site villa in eadem a dextris vel a sinistris, in summis vel in ymis erogabunt, examinantibus, loquentibus et iudicantibus eiusdem ville senioribus, et in hoc totum factum est terminatum integraliter et sopitum. Scriptum Malchowe, anno domini M°CCC°XXX° nono, in synodo ville Iabel placitatum presentibus Iohanne preposito in Malchowe, Henrico de Clokowe sacerdote, Regnero notario archidyaconi Warnensis, et aliis pluribus fide dignis, nostro sub sigillo.

c.

**Die Dörfer Mistorf, Wiek, Goldenitz und Rukieten stellen einen [schulhaltenden] Küster an der gemeinsamen Kapelle in Mistorf an.** 6. Dezember 1342.

Hinricus dei gracia Zwerinensis ecclesie episcopus universis presencia visuris seu audituris salutem in domino. Cum homines villarum Mystorp, Wych, Goldeniz et Rukitel in sede parrochialis ecclesie Sywan propter locorum distanciam et terrarum quandoque discrimina ac alia gravamina officia divina nequeunt visitare, hinc

**Zu 84 b:** Meckl. Urk. Nr. 5921. Nach dem Original im Archiv des Klosters Malchow.

**Zu 84 c:** Meckl. Urk. Nr. 6252. Nach dem Original im Archiv des Klosters Ribnitz.

est, quod nos ipsis de gracia indulsimus speciali, ut inminens animarum periculum facilius possint declinare, quod unam capellam in predicta villa Mystorp construere licite valeant, ut magis commode ecclesiastico possint officio congruis temporibus interesse, in qua plebanus ecclesie in Zywan, cuius consensu hec facta noscuntur, faciet per suum capellanum tantum singulis crastinis diebus sanctorum videlicet dierum nativitatis Cristi, pasche, pentecostes, assumpcionis virginis gloriose et die dedicacionis eiusdem capelle et patronorum missarum sollempnia celebrari. Ipsi tamen homines predictarum villarum preparamenta, luminaria, vinum, oblatas, necnon scolarem sive custodem, qui predicto sacerdoti capellam officianti deserviat, ac universa et singula, que preter sacerdotem ipsi capelle fuerint necessaria, procurabunt .....

Ut autem hec omnia et singula suprascripta rite racionabiliterque agantur et firma stabilitate perdurent, sigillum nostrum et sigilla infrascriptorum, videlicet nobilis domini domini Alberti, Magnopolensis, Stargardie et Rozstok domini, patroni ecclesie memorate, Meynardi plebani eiusdem ecclesie, capituli Gustrowensis ecclesie, Gotfridi Pren et Bertoldi eius filii, Gotfridi plebani in Parchim et Nycholai de Lobeke, militis, in omnium premissorum evidens signum consensus omnibus prescriptis consensiencium expresse et in testimonium sufficiens presentibus sunt appensa. Datum anno domini M°CCC°XL° secundo, die sancti Nycholai episcopi.

d.

## Die Einkünfte des [schulhaltenden] Küsters im Kirchdorfe Quetzin. 22. August 1348.

In nomine domini. Amen. Nicolaus dei gratia dominus de Werle omnibus presentia visuris seu audituris salutem in domino sempiternam. Ad perpetuam rei geste memoriam non improvide sapientum industria humano providi[t] usui, ut ea, que per lapsum temporis continuum a memoria hominum de facili evanescerent, saltem per scripturarum ac testium amminiculum perhennem memoriam sorciantur. Hinc est, quod presentes scire cupimus et posteros non latere, quod discreti viri et honesti domini Albernus de Tralow, rector ecclesie in Qwitzin, et consules ac universitas opidi Plawe

---

**Zu 34d:** Meckl. Urk. Nr. 6874. Nach der vom Original genommenen Abschrift in der Plauer Ratsmatrikel, welche nach mehreren plattdeutschen Übersetzungen in der Ratsmatrikel und im Hauptarchiv zu Schwerin ergänzt ist. Siehe dazu auch Lisch in den Jahrbüchern 17, S. 308 oben.

consideratis commodis et utilitatibus in successu temporis rectorum ecclesie in Qwitzin in quarundam rerum permutatione matura deliberatione et consilio prehabitis, ut infra continetur, concordarunt.

..... Ceterum consules et universitas in Plawe dimiserunt et dimittunt ecclesie in Qwitzin et ipsius rectori omnia ligna alnea, que vulgo dicuntur elreholt, que incipiunt a distinctione aree Clunderi [1]) iuxta cimiterium, protendunt e[t] extendunt se usque ad aquam Lancken et ultra protendunt se a vado ville Lesten usque ad terminos campestres ville Lesten et ulterius protendunt et extendunt se usque ad distinctiones et terminos ville Hagen ad usum et usufructum rectoris ecclesie in Qwitzin et suorum subditorum in kotis [2]) suis morantium et scolaris [a]) ipsi ecclesie servientis; [nec] in istis lignis [per] rector[em] ecclesie cum suis subditis funditus et radicitus destrui et evelli nec ligone acquiri et ad agriculturam a[p]poni et fieri aliqualem, immo fundus predictorum lignorum ad communia pascua oppidi [et] civitatis Plaw ac ville Qwitzin debet iacere et ad usum pascuorum integre permanere .....

Preterea scolaris ipsius ecclesie precium suum, videlicet duos modios siliginis et novem modios avene, ut prius et ex antiquo habuit, ita sibi optinebit, preter unum modium siliginis iacentem in kotha Bornhovedes, quem modium siliginis consules in Plawe annis singulis ipsi scholari deinceps et ut antea dabunt aut in alium certum locum demonstrabunt. .....

In horum omnium premissorum evidens testimonium presentes litteras conscribi iussimus et sigilli nostri una cum sigillorum domini Alberni, nunc rectoris ecclesie in Qwitzin, ac civitatis et oppidi nostri Plawe munimine fecimus roborari. Datum per manum Dethmari thesaurarii ecclesie Gustrow[ensis], nostri notarii, anno incarnationis domini M.CCC. quadragesimo octavo, feria VI. post assumptionis Marie virginis, presentibus Iohanne de Bellyn, Ottone de Cremon et Thiderico Spegelberch, nostris fidelibus et dilectis, cum aliis quam pluribus fide dignis [b]).

---

a) Nach alten plattdeutschen Übersetzungen: scholder, scholer, köster, clerike, kercke. b) Die Zeugen sind nach den Übersetzungen hinzugefügt.

[1]) Klunder ist ein Bauer in Quetzin.

[2]) kota = Kate.

e.

### Vereinigung einer Vikarei mit der Küsterschulstelle in der zur Schweriner Diözese gehörenden Stadt Tribsees.

Tribsees. 30. November 1349.

Universis Christi fidelibus, quorum ad noticiam presens scriptum pervenerit, nos Hinricus dictus Wulf, miles, Borchardus eiusdem Hinrici filius, armiger, recognoscimus tenore presencium publice protestantes, quod matura deliberacione prehabita, necnon omnium amicorum nostrorum et heredum de consilio, beneplacito et assensu, ob honorem dei et reverenciam intemerate genitricis eiusdem semper virginis Marie in remissionem nostrorum peccaminum simul et nostrorum progenitorum eternam animarum ob salutem ius patronatus super sex mansos sitos in villa Virde ad quandam viccariam fundatam deputatos venerabili patri domino abbati suoque monasterio Novi Campi cum omni iure et proprietate libere, prout hactenus ad nos pertinebat, una cum litteris illustris domini domini Magnopolensis super dictos sex mansos confectis contulimus et presentibus donamus perhenniter possidendum, inbrigacione, impeticione seu contradictione qualibet per nos vel nostros quoslibet heredes penitus postergata, ita sane, quod viccaria predictorum sex mansorum uniri debeat scolastrie sive custodie in opido Tribuses, ex utrisque unum beneficium ut resultet, cuius collacio seu presentacio et ius patronatus, sicut dicte scolastrie et custodie exclusis omnibus d[is]ceptacionis occasionibus voluntati ac beneplacito predicti domini abbatis et sui monasterii Novi Campi in perpetuum subiacebit. In huius rei evidenciam pleniorem nostrorum utrorumque sigillorum munimine, necnon sigillis videlicet consulum civitatis Tribuses ac testium subscriptorum presentem cedulam duximus roborandam. Datum et actum in Tribuses, anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo nono, in die beati Andree apostoli presentibus discretis viris et honestis domino Viccone Beren, plebano in Tribuses, domino Marsilio, sacerdote ad viccario ibidem, Andrea dicto Klitowen, Hinrico Stoltenbergh, armigeris et aliis pluribus fide dignis.

---

**Zu 84e:** Meckl. Urk. Nr. 7015. Nach dem Original im Königlichen Archiv zu Stettin gedruckt bei Lisch, Urkunden und Forschungen zur Geschichte des Geschlechts Behr. II. B. S. 172. In der Anm. zu Nr. 7015 befindet sich eine Erklärung des Propstes von Neuenkamp hinsichtlich dieser Schenkung vom gleichen Tage; dort heißt es scola et custodia. Von der Vikarie berichtet auch die Urk. Nr. 7046 vom 1. Febr. 1350.

# 35.

# Mittelalterliche Schülerbrüderschaften.

1337. 1514.

## a.

## Die Priester- und Schülerbrüderschaft zu Friedland erhält eine Rente.

Friedland. 7. Oktober 1337.

Albertus dei gracia Magnopolensis, Starghardie et Rostock dominus dilectis fidelibus suis Willekino[1]) militi et Bussoni famulo dictis de Dolla salutem et omne bonum. Iniungimus vobis mandantes in hiis scriptis, quatenus fratres fraternitatis sacerdotum et scolarium in Vredeland vos vel alter vestrum mittatis vel mittat in quatuor talentorum Brandeburgensium denariorum annualium reddituum, iacencium super curias ac mansos eisdem adiacentes, ut alia nostra littera continet, in quibus nunc morantur Ryke Arnoldus, Hermannus Crugher et Otto Cutlowe in Wittenborne, posessionem corporalem. Datum Vredeland, anno domini M°CCC°tricesimo septimo, feria tercia ante Dyonisii martiris, nostro sub secreto.

## b.

## Die Schülerbrüderschaft zu Malchin im Jahre 1514.

Scholer broderschop.

Darinne hundert personenn ungeverlick. — Item II personen, man und frowen, geven vor denn ingangk $1/2$ fl., I punt was. — Wert geholdenn des sondags vor pingesten, waret II dage, dorto VIII tn. bier. — Item holdenn des jars IIII begengnis.[1])

---

**Zu 35a:** Meckl. Urk. Nr. 5817. Nach dem Original im Hauptarchiv zu Neustrelitz.

[1]) d. i. Wilhelm.

**Zu 35b:** Nach dem von Groth besorgten Abdrucke der urkundlichen Vorarbeiten zur Polizeiordnung von 1516. Der Sekretär Monnick bereiste die Städte und berichtete über ihre Gewohnheiten, Jahrb. 57, S. 179 ff. Unsere Angabe befindet sich auf S. 201.

[1]) begengnis = Seelmesse mit Vigilie und Begehen, d. h. feierlichem Umschreiten eines Grabes.

## 36.

# Der Kleriker Johann Rabode übernimmt als Rektor auf ein Jahr die Schule zu St. Marien in Wismar.

Wismar [1340].

Ego Iohannes Rabode, clericus Raceburgensis diocesis, tenore presencium recognosco lucideque protestor, quod honesti viri domini consules Wismarienses me ad annum unum ad regendam scholam suam apud beatam virginem Mariam et ad preessendum pueris sive scholaribus ibidem in hunc modum receperunt. De quolibet siquidem puero sive scolari dictam scholam frequentanti et pecuniam dare volenti non magis accipiam quam qu[o]libet quartali anni sedecim denarios Lubicenses, hoc est de quolibet puero ad annum integrum quinque solidos et IIII denarios. Item quilibet scholarium audiens autores seu alios nullatenus dabit sepius pastum mihi aut sociis meis quam quater in anno, hoc est illis temporibus, quibus precium dare solent; et ipsum pastum socii mei de pueris suis, quibus ipsi presunt, accipient et ego de meis, quibus personaliter presum, accipiam, et in ipso pastu ipsi et ego per omnia volumus contentari, nullatenus plus ab ipsis pueris seu scholaribus postulando aliqualiter vel percipiendo. Si vero aliquis sociorum meorum sepius pastum ex aliquo acciperet vel alias aut statuta aut exactiones scolaribus imponeret, quam cito mihi hoc per dominos meos consules notificaretur, ipsum socium de schola amovere et sine licentia omnium dominorum consulum nullatenus recipere deberem. Quod si requisitus per dominos consules aut eorum nuncios facere neglexero, extunc statim in proximo termino quatuor terminorum anni me de dicta schola deponere possent et amovere et alium ad regendam eandem scholam in locum meum acceptare. Item quilibet puerorum sive scholarium tempore illuminacionis semel in septimana sibi et sociis suis unam solum candelam ad illuminandum ministrabit. Sed in vigilia purificationis quilibet scholarium michi pro luminibus sive candelis meis dabit duos denarios Lubicenses. Ultra huiusmodi precium et has iustitias sive condiciones prescriptas ab aliquo scholarium nullatenus plus

**Zu 36:** Meckl. Urk. Nr. 6017. Nach Schröder, Papistisches Mecklenburg. S. 1236. Burmeister, Urkundliche Geschichte etc. S. 30, der aber das Jahr 1332 annimmt.

postulare volo seu aliquid extorquere. Item de parochia beati Nicolai nullum scholarem in meam scholam accipiam, nec rector schole dicte parochie aliquem de parochia beate Marie aut parochia beati Georgii accipere debebit.

---

## 37.

## Rentenverleihungen aus den Schulen zu Wismar und Rostock. 1352. 1358. 1367. 1368.

a.

**Der Rat zu Wismar verleiht eine Rente aus den Schulen dem ehemaligen Stadtschreiber Heinrich von Eimbek.**

Wismar. 5. November 1352.

Dominus Hinricus de Embeke, frater ordinis predicatorum, quondam notarius dominorum meorum, dimisit libere et resignavit fratribus predicatoribus huius conventus redditus annuos XII marcarum Lubicensium denariòrum, ex ambabus scolis huius civitatis quolibet anno tollendos et percipiendos, quamdiu vixerit et non ultra; et si aliquem defectum in hiis fieri contingeret, illum dominus Andreas Bukowe [1]) dictis fratribus refundere tenetur et adinplere. Hanc scripturam scripsi ad iussum domini Andree predicti LII° feria secunda post omnium sanctorum.

b.

**Der Rat zu Rostock verkauft aus der Schule an St. Marien eine jährliche Rente von 20 Mark.**

Rostock. 13. Dezember 1358.

Nos consules civitatis Rozstoch ad universorum noticiam deducimus presentibus publice protestantes, quod matura deliberacione inter nos prehabita unanimiter et concorditer vendidimus

---

**Zu 37a:** Meckl. Urk. Nr. 7674. Nach dem Wismarschen Zeugenbuche. Fol. 135. Teilweise gedruckt bei Schröder, Papistisches Mecklenburg. S. 1323.

[1]) Andreas Bukow ist ein Ratmann in Wismar. Register zu den Meckl. Urk. Band 17, S 81.

**Zu 37b:** Meckl. Urk. Nr. 8543. Nach dem Original im Kirchenökonomiearchiv zu Rostock. Das Meckl. Urk.-Buch bringt zwei Ausfertigungen; ich wiederhole nur die unter A angeführte.

et presentibus vendimus dilectis nobis domino Hinrico Roden proconsuli ac Everhardo Sobben, civi nobiscum, testamentariis domini Lodewici Crusen, olim nostri conconsularis bone memorie, viginti marcarum perpetuos redditus Rozstoccensium denariorum pro quadringentis marcis dicte monete nobis integraliter numeratis et persolutis ac in necessarios nostre civitatis usus conversis in scolis beate Marie virginis nobiscum in Rozstoch ad unam vicariam perpetuam in cappella ecclesie beate Marie virginis nobiscum ad partem borealem per dictum dominum Lodewicum constructa fundatam, presbitero vel clerico, dicte vicarie possessori, singulis annis in quatuor terminis, scilicet pasche, nativitatis beati Iohannis baptiste, Michaelis et nativitatis Christi, per rectorem scolarium, quicunque ibidem pro tempore scolas rexerit, expedite post obitum honorabilis viri domini Hermanni de Wampen, prepositi Guzstrowensis, dictarum scolarum protunc possessoris, perpetuo exsolvendos. Nos tamen et nostri successores ad solummodo necessariam competentem dictarum scolarum structuram tenebimur faciendam, nobis eciam et nostris successoribus institucionem rectoris dictarum scolarum ac ipsius destitucionem et amocionem, quandocunque et quotienscunque expedire nobis videbitur, libere reservantes.[1]) Damus quoque ex speciali favore et concedimus dilectis nobis Ghisoni Halterman, Hinrico et Lodewico fratribus dictis Crusen, filiis quondam Gerardi Crusen, ac Hinrico Roden, predicti domini Hinrici Roden filio, ius patronatus dicte vicarie, ita quod ipsi, quamdiu vixerint vel eorum alter vixerit, poterint ad dictam vicariam presbiterum vel clericum ydoneum, quociens vacaverit, presentare de consensu domini Hinrici Roden et Everhardi Sobben predictorum, quamdiu fuerint viventes; sed ipsius quatuor scilicet Ghisone, Hinrico, Lodewico et Hinrico, defunctis ius patronatus dicte vicarie ad nos et nostros successores redibit et perpetue remanebit. In quorum efficax testimonium nostre civitatis maius sigillum presentibus duximus appendendum. Datum Rozstoch, anno domini millesimo CCC° quinquagesimo octavo, in die beate virginis Lucie.

[1]) Die Testamentsvollstrecker zahlen also 400 Mark an den Rat ein, verlangen und erhalten dafür eine Besoldung von 20 Mark für einen Vikar, der bestimmte Messen lesen muß. Diese Besoldung wurde in der Schule sichergestellt. Die 400 Mark sind also nach modernen Verhältnissen einer Hypothek gleich zu achten, welche auf die Schule und ihre Einkünfte eingetragen wurde und aus derselben verzinst werden mußte. Dadurch waren die Zinsen, welche der Vikar als Besoldung erhielt, diesem für alle Zeiten garantiert. Hermann v. Wampen; s. die Genealogie in Meckl. Urk. Bd. 15, S. 183, aber auch Bd. 17, S. 242; unser Hermann in Nr. 8 der letzten Stelle.

c.

**Der Rat zu Rostock verkauft die Schule an St. Marien dem Rektor derselben.** Rostock. 1367.

Item eodem anno LX° VII° consules vendiderunt magistro Hinrico de Dolghen XX marcarum redditus et scolam ad tempora vite sue pro IIII° marcis, quas perceperunt XVI consules, quorum quivis centum marcas civitati concessit, et quilibet de eis percepit XXV marcas et sic civitas tenetur eorum unicuique [L]XXV marcas et sunt isti domini Iohannes de Pomerio, Arnoldus Cropelin, Hinricus Vreze, Gherardus Rode, Lud. de Gotlandia senior, Lambertus Rode, Bernardus Copman, Ludolfus Nyendorp, Everhardus Hollogér, Everhardus Bezeler, Gerwinus Wilde, Hinricus Pelegrime, Symon Quast, Lud. Gotland iunior, Godfridus Kynt et Iohannes Kale.

d.

**Der Rat zu Wismar verleiht eine Rente aus den Schulen dem ehemaligen Stadtschreiber Johann Moyleke.**
Wismar. 15. April 1368.

Omnibus presens scriptum visuris seu audituris nos proconsules et consules civitatis Wismer facimus manifestum lucide protestantes, quod propter longa servicia nobis, antecessoribus nostris et civibus nostris exhibita domino Iohanni Moyleken contul(er)imus et conferimus in hiis scripturis scholas nostras aput beatam virginem et beatum Nicolaum in nostra civitate sub hac forma, quod dictus dominus Iohannes Moyleke a rectoribus dictarum scolarum, quicunque pro tempore fuerint, percipere debet et habere singulis annis redditus XX marcarum Lubicensium denariorum, quatuor temporibus anni et festis, videlicet nativitatis Iohannis baptiste, Michaelis, nativitatis Christi et pasche, quolibet termino V marcas. Quos quidem redditus XX marcarum ipsi rectores predictarum scholarum, quicunque pro tempore fuerint, dicto domino Iohanni Moyleken vel suo certo nuncio, ubicunque eciam locorum ipsi morari contingerit, in terminis premissis annuatim pacifice et sine briga[1]) persolvere debent et dare. Et si, quod absit, predictas scholas et redditus

**Zu 87c:** Meckl. Urk. Nr. 9582. Nach dem Leibrentenbuch der Stadt Rostock. Fol. 53b.

**Zu 87d:** Meckl. Urk. Nr. 9775. Nach Schröder, Papistisches Mecklenburg. S. 1447. Auch bei Burmeister, l. c. S. 31.

[1]) briga = Verhinderung.

futuris temporibus per aliquot vel aliquos quo[t]cunque et quoscunque lite, que ex parte civitatis aut consulum nostrorum originem traheret, imbrigari,[2]) perturbari aut morte scolarium in parte vel in totum annihilari contingeret, ita quod predicto domino Iohanni Moyleken predicti XX marcarum redditus, ut premittitur, non exsolverentur seu expagarentur, extunc nos consules predicti et nostri successores dictos XX marcarum redditus predicto domino Iohanni Moyleken vel suo certo nuntio in terminis premissis per camerarios nostros, qui pro tempore fuerint, ex cercioribus bonis dicte nostre civitatis Wismariensis volumus expagari et promittimus in hiis scripturis pacifice expagandos et exsolvendos. Si autem predicte scole lite, que ex parte domini Iohannis predicti originem traheret, imbrigarentur, illam per se disbrigavit.[3]) — — Actum in publico nostro consistorio anno domini MCCCLXVIII, sabbatho proximo post pascha.

---

## 38.

# Die Einkünfte des Domscholastikus zu Güstrow.

Vor 1358 und im 16. Jahrhundert.

a.

### Die Präbende des Scholastikus zu Güstrow. [Vor 1358.]

In nomine domini, amen. Vocatis omnibus, qui voluerunt, potuerunt et debuerunt interesse, ecclesie necessitate et utilitate solerter pensatis ac tractatu solempni prehabito, capitulum ecclesie nostre diffinivit et decrevit, quod ecclesie et vicarie infrascripte dignitatibus infrascriptis et prebendis secundum sui distinctionem remaneant annexe in perpetuum, et prelati dignitatum et canonici prebendarum, prout infra sequitur, easdem conferent temporibus oportunis. . . . . .

Scolasticus, cuius prebenda est in Gancekow,[1]) conferet parochiam in villa Cene[1]) et vicariam Hinrici Plotzaneviz,[2]) cuius redditus sunt in villa Goldeniz.[1]) . . . . .

---

[2]) imbrigare = verhindern.

[3]) disbrigare = befreien.

**Zu 38a:** Meckl. Urk. Nr. 8428 (S. 244). Nach dem Diplomatar des Domkollegiatstifts Güstrow. Fol. 75. 78.

[1]) Ganzekow = Ganschow, Cene = Zehna sind Dörfer bei Güstrow; Goldenitz liegt bei Schwaan.

[2]) Heinrich Plotzaneviz = Prisannewitz war Vikar an der Güstrower Stiftskirche.

b.

## Einkünfte des Domscholastikus zu Güstrow.

[16. Jahrhundert.]

Praebenda in Gantzkow.[1])

Achim Burmeister V scheffel roggen, V scheffel gersten, XVI scheffel haver,

Achim Hurmann V scheffel roggen, V scheffel gersten, XVII scheffel haver,

Heinrich Bandow VIII scheffel roggen, VIII scheffel gersten, II Dromet haver,

Peter Mouche III½ scheffel roggen, III½ scheffel gersten, XI scheffel haver,

Achim Mouche XXI scheffel roggen, XXI scheffel gersten, V½ dromet Haver,

Clawes Berlich VI scheffel roggen, VI scheffel gersten, I dromet haver,

Hans Knolle XXI scheffel roggen, XXI scheffel gersten, VI dromet Haver.

Badendick.[1])

Mattias Vieth VIII scheffel roggen, I dromet haver,

Achim Kellemann III dromet roggen, III dromet haver,

Clawes Ahnesel XIIII scheffel roggen, I dromet haver,

Bernt Bermolle I dromet roggen, I dromet haber.

In Metelke.[1])

Mattias Stolte IIII marck sundisch,

Hans Burmeister IIII marck sundisch,

Titke Stermer III marck sundisch,

Achim Burmester IIII marck sundisch,

Achim Balekow II marck sundisch,

Clawes Oltmann II marck sundisch,

Churt Musth II marck sundisch.

Praebenda in Rachow.[1])

Laurentz Brakenwagen II marck VIII ssl.

Clawes Otto IIII marck

Clawes Gylaw I marck I ssl. lübisch.

Westphael VII ssl. lübecks.

Rachow IIII ssl. lübecks.

---

**Zu 88b:** Nach dem Abdruck bei Raspe, Einladung zur Jubelfeier des 300jährigen Bestehens der Domschule zu Güstrow. Güstrower Schulschrift. 1853. S. 8. R. schöpft aus den Original-Visitationsprotokollen, wo sich unter C. Scholasteria, Fol. 3b die Angaben finden. Die Visitation fand 1552 statt.

[1]) Gantzkow (Ganschow) und Badendiek liegen in der Nähe von Güstrow, Rachow (auch Rakow) bei Teterow, Metelke (Methling) bei Dargun.

## 39.

# Der Propst bezahlt den Unterhalt des rector scolarum zu Ratzeburg.

**Ratzeburg. 3. Februar 1372.**

In nomine domini, amen. Ad perpetuam rei memoriam Marquardus prepositus, Iohannes prior totumque capitulum ecclesie Raceburgensis omnibus et singulis presencia visuris seu audituris salutem in domino et rei geste agnoscere veritatem. Cum propter gravia et intollerabilia onera debitorum, quibus iam dudum a longe retroactis temporibus eciam sine spe relevacionis alicuius nostra quam plurimum gravabatur ecclesia et non minus gravari dinoscitur in presenti, modos et vias diversas et oportunas, quibus posset ab huiusmodi debitorum oneribus, ne in totum deperiret, salubriter relevari, anxiis mentibus pluries perquisivimus, tandem nobis omnibus et singulariter universis, nemine eciam, qui interesse debuit, pretermisso et excluso, propter hoc specialiter convocatis ac in loco nostro capitulari et capitulariter constitutis, reverendi eciam in Christo patris ac domini nostri, domini Hinrici episcopi Razeburgensis presentis auctoritate et consensu placuit, sollempni tractatu eciam et deliberacione diligenti prehabitis, nostreque eciam ecclesie utilitate et profectu et conservacione in hoc non modicum pensatis, pura, libera ac spontanea voluntate et consensu unanimi omnium et singulorum nostrorum, inspirante eciam nobis, ut speramus, divina clemencia, ad edendum statuta et ordinaciones infrascriptas concorditer duximus procedendum. . . . . .

Preterea statuimus et ordinamus, quod huiusmodi noster prepositus pro tempore de eadem tercia sua porcione, qua, ut promittitur, debeat esse contentus, et de curia ipsa, quam elegerit, omnia et singula onera de antiqua consuetudine ad ipsum prepositum spectancia, que nobis et[a]) ecclesie nostre tam infra septa eiusdem ecclesie, scilicet rectori scolarum pro tempore in annua pensione providendo, campanaribus, pulsatoribus campanarum diebus solempnibus, calcatoribus organorum, calefactori estuarii et sectoribus glacierum preciando necnon luminaria seu candelas in nostris

Zu 39: Meckl. Urk. Nr. 10293. Nach dem Liber copialis II im Hauptarchiv zu Neustrelitz.

a) et verbessert aus in.

refectorio et dormitorio congruis temporibus ministrando, quam eciam extra eadem septa videlicet bona nostra, res et iura coram quibuscunque dominis terrarum, advocatis, iudicibus seu aliis quibuscunque propugnando et defendendo imminebunt, presto subire debeat et sufferre, nec aliquem in eadem ecclesia nostra officium quodcunque gerentem in bonis et redditibus ad officium huiusmodi spectantibus quomodolibet impedire nec ipsum ab eodem officio destituere aut alium subrogare nisi de scitu, consilio et expresso consensu prioris, canonicorum et capituli vel saltem maioris et sanioris partis ipsius. . . . . .

Et nos Hinricus dei et apostolice sedis gracia episcopus Raceburgensis, quia omnia et singula premissa, quibus interfuimus, pro utilitate, profectu et conservacione ecclesie nostre Raceburgensis sepedicte per predictos dominos prepositum, priorem, canonicos et capitulum fuisse et esse salubriter statuta et ordinata perspeximus et cognovimus, ipsis nostram auctoritatem et consensum interposuimus et interponimus per presentes. . . . . .

Actum et datum in loco nostro capitulari Raceburgensi, anno domini millesimo C°C°C° septuagesimo secundo, ipso die beati Blasii episcopi et martyris, presentibus honorabilibus et discretis viris . . . . . testibus ad premissa.[1])

---

# 40.

# Beispiele von Beförderungen der Lehrer in kirchliche Ämter.

1381. 1480.

a.

## Der Rektor Konrad Römer an der Schule zu St. Marien in Rostock erhält eine Vikarei zu Güstrow.

Güstrow. 21. Dezember 1381.

Iohannes Predoele, vicedecanus ecclesie collegiate Gustrowensis, Camynensis dyocesis, discreto viro domino Marquardo Swynghen,

---

[1]) Nach Masch, Geschichte des Bistums Ratzeburg. 1835. S. 289 wurde dieser Vertrag 1443 teils abgeändert, teils bestätigt.

**Zu 40a:** Meckl. Urk. Nr. 11387. Nach dem Original im Rostocker Ratsarchiv. Ich schrieb oe statt ǒ, u statt ů.

perpetuo vicario ecclesie nostre Gustrowensis antedicte, salutem in domino. Vobis in virtute sancte obediencie et nichilominus sub excommunicacionis pena damus in mandatis, quatenus accedatis, quo propter hoc fuerit accedendum, inducendo et instituendo discretum virum Conradum Romere, rectorem scolarum beate Marie virginis in Rostock, in possessionem corporalem vel quasi quorundam reddituum per quondam honestam dominam Ghyselen, relictam quondam Rumeschotelen pie recordacionis, in villa Konessen[1]) ad pios usus, videlicet ad unam perpetuam vicariam in dicta nostra ecclesia collegiata Gustrowensi divinitus instaurandam, assignatorum et deputatorum, precipientes villanis dicte ville Konessen censualibus predicto Conrado et non altri de redditibus sic per predictam dominam Ghyselen pie assignatis et deputatis singulis annis sufficienter responderi, facientesque sibi omnia et singula, que circa premissa sibi necessaria fuerint et oportuna. Datum Gustrow, anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo primo, ipso die Thome apostoli, nostro sub sigillo. In signum execucionis vestre reddite presencia sigillata.

b.

## Rector scholarum und locatus in Wittenburg sollen stiftungsmäßig zu einer Kommende präsentiert werden.

Schwerin. 16. August 1480.

Iohannes, dei et apostolice sedis gratia Raceburgensis ecclesie episcopus, universis et singulis presentia visuris et audituris salutem in domino sempiternam et rei geste agnoscere veritatem. Cum creatura nil habeat, in quo respondeat creatori, saltem in eo respondeat, ut de iustis suis substantiis deum studeat honorare, a quo prodeunt universa, et hoc solum nostris desideriis agitur, ut cultus divinus semper augeatur; ut relatu honorabilis viri domini Iohannis Molners, perpetui vicarii in ecclesia parochiali opidi Wittenborch nostre dioc., accepimus, quondam bone memorie dominus Iohannes Mölre, dum vixit, eiusdem ecclesie parrechialis Wittenborch rector, hac pia meditatione excitatus quandam perpetuam commendam seu elemosinam in honorem sancte et individue trinitatis, beati Bartolomei, Ansveri et sociorum eius martyrum, decem milium militum martyrum et omnium sanctorum ad altare in capella sancte

[1]) Konesse = Knese liegt im Kirchspiel Marlow.

**Zu 40b:** Abgedruckt bei Schröder, Pap. Meckl. S. 2307—2310. Das Original fand sich im Geheimen Archiv zu Schwerin leider nicht; ich habe den Schröderschen Text nur da verändert, wo er ti statt ci hatte.

crucis prope et extra dictum opidum Wittenborch nostre dioces. terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio transmutando dotare, instaurare, erigere et noviter creare affectans, certos perpetuos decem et octo marcarum Lubicensium redditus in extreme voluntatis sue codicillo legaverit pro dotatione eiusdem .....

Ad quos redditus supra dictos honorabilis dominus Iohannes Molre, rector ecclesie in Hogenkercken nostre dioc., dicti testatoris patruus ipsiusque commende primus possessor, quem ad eandem, quatinus indigeat, instituimus per presentes, sex marcarum redditus pro centum marcis Lubicens. in hereditate Hinrici Welandes opidani in Wittenborch addidit et apposuit .....

Ius vero patronatus sive presentandi dicte commende ex gratia damus venerabili capitulo nostre ecclesie Rasseburgensis et spectabili consulatui dicti oppidi Wittenborch nostre dioc. alternatis vicibus, ita tamen, quod tempore vacationis occurrentis ipsi iuxta sortem vicis sue et primo capitulum, deinde consulatus in Wittenborch nullum alium presentare debebunt nisi unum de domo et parentela ipsius quondam Iohannis Molre fundatoris existentem proximiorem in linea consanguinitatis et seniorem in sacerdotio, ut premittitur constitutum vel infra biennium promovendum; quibus tandem dificientibus et parentela fundatoris predicti amplius non extante ex tunc capitulum ecclesie nostre, cum alternatis vicibus presentatio eis manebit, nullum alium quam rectorem scholarum aut unum de curalibus [1]) vel custodem in ecclesia nostra ipsique consulares opidi Wittenborch pro tempore pari modo pro sua vice unum de ministris ecclesie parrochialis Wittenborch, ut puto capellanum, custodem seu .....[a]) rectorem aut locatum ibidem, qui eis videbitur idoneus, infra tempus a iure statutum presentabunt sic usque in perpetuum presentacionem huiusmodi sine fraude alternatis vicibus continuando. In quorum fidem et testimonium sigillum nostrum maius et autenticum presentibus duximus appendendum. Datum et actum in ecclesia cathedrali Sverinensi anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo indictione quarta decima die sexta decima mensis Augusti pontific. sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti pape quarti anno

a) Die Punkte finden sich bei Schröder; es scheint als ob Schröders Vorlage hier ein unleserliches Wort hatte.

[1]) curales = chorales, d. i. Chorsänger.

decimo, presentibus ibidem venerabilibus viris dominis Ioanne Wardberch, preposito ecclesie Rasseburgens. et Iohanne Langen, decano ecclesie Sverin. testibus ad premissa vocatis atque rogatis.[2])

---

# 41.

# Beispiele für den Gebrauch des Niederdeutschen im Unterricht.[1])

1439. c. 1500.

a.

**In der Marienkirche zu Rostock wird das Vaterunser und der Glaube sonntäglich von der Kanzel in niedersächsischer Sprache hergesagt und erklärt.** [Rostock]. 1439.

Bernt Beringer vendidit domino doctori Bekelin, plebano ad beatam Virginem, 3 mr. redditus pro 40 mr. in hereditate sua angulari pistrina et bodis adiacentibus in platea Snicman apud Stenbeken et Rumoer sitis, in quatuor terminis anni persolvendos. Quando prefatus Bernt facultatem bonorum habuerit et ad quartale anni predixerit, pro 40 mr. reemendos. Et iste 40 mr. cum suis redditibus deputate sunt et ordinate plebano ad sanctam Virginem et suis pro tempore capellanis, cuilibet unam marcam percipiendo; et pro hoc capellanus[a]) ibidem debet et obligatus est, ut fidem catholicam, videlicet: Credo in Deum, et: Pater noster singulis dominicis diebus materna lingwa[b]) de ambone cum diligencia dicat et devote exponat. Ideoque si predictam summam cum suis redditibus contingeret reemi, debent ad fundos iacentes et hereditates stantes cum consensu et consilio plebani ad beatam Virginem relocari, sic quod perpetue ad prefatam deputacionem et pium usum maneant.

---

[2]) Zur ganzen Urkunde s. Masch, Geschichte des Bistums Ratzeburg. S. 372, auch die Angabe bei Schröder, Papistisches Mecklenburg. S. 2878.

**Zu 41 a:** Aus dem Geistlichen Rentebuch, aus dem Jahre 1439; abgedruckt bei Koppmann, Beiträge zur Geschichte Rostocks. Bd. II, Heft 3, S. 108.

a) verbessert aus capellanibus. b) verbessert aus ligwa.

[1]) Siehe auch Nr. 96 (Statut des Bischofs Wedego von Havelberg vom Jahre 1463) und Nr. 21 (Hildebrand Dorgelo interpretiert in niederdeutscher Sprache).

b.

**Das Lesen eines niederdeutschen Beichtbuches wird von Eltern und Kindern gefordert.** [Rostock c. 1500.]

[H]yr beginnet ein schon spegel d' cristen minschen, welkeren ein jewelk cristen minschen gerne schal by sik dregen vor ein hantbokeken, wente hir inne beslaten is allent, dat dar not is to weten to der selen salicheyt, tosamende ghesocht uth velen hilgen scriften der leres, to profite unde salicheit aller minschen unde unseme leven heren to lave unnd Marien siner[a]) leven moder. De jenne, de dyt gemaket heft, biddet alle minschen, dat se dat vaken averlesen willen unn sik willen darna regeren, ok dat den anderen simpelenn unweten luden, de nicht lesen konen, des hilgen dages vorlesen willen, wen se doch leddich sitten up d'straten, dar vor se grote pine liden mothen. Ok biddet he, dat de olderen ere kinder dat lesen leren. Ok so begeret he, dat me vor em bidden wille, wente he vorbindet sik alle sine dage tobiddende vor de genne, de dit bokeken bi sik dregen unn mit vlite sik dar na regeren.

---

## 42.

## Schulbelehnung zu Crivitz seitens des Rats der Stadt Crivitz.

27. Februar 1493.

Wir borgermestere unde rathmanne des wikbildes Crivitze, in dem lande tho Meklenburg belegen in dem stifte tho Zwerin, bekennen und betügend vor algemeine geistlik u[nde] weltlik, de deßen unsen apenen breef sen, hören efte lesen, dat wir pur umme gades willen vorlenet hebben unse schole tho Crivize mit erer thobehöringe deme vorsichtigem Nicolao Stolpman, ein scholre baven

---

**Zu 41b:** Aus der Vorrede des „Spiegels der Christenmenschen", nach dem Abdruck bei Wiechmann-Hofmeister, Mecklenburgs altniedersächsische Literatur. 1885. III, S. 47. Nach Hofmeister „kann" das Buch dem Jahre 1507 angehören.

a) statt „finer".

**Zu 42:** Nach einer Abschrift im Geh. Archiv zu Schwerin, die von der Abschrift im Crivitzer Pfarrarchiv genommen ist. Gedruckt bei Voß, Geschichte der Volksschule Mecklenburg-Schwerins. 1893. S. 3. 4 mit falschem Datum.

thor Niestadt in dem baven screven lande tho Meckl.[enburg] unde stifte Zwerin, dartho wi baven schreven borgermester u[nde] r[athmanne] dem upgenanten Nicolao thosecht hebben u[nde] verlenet, gegenwärtig thoseggen u[nde] verlenen x lüb. mark guder münze, de he skal bören van den lüden, alzo se geschreven sind in unser fundacien u[nde] confirmacien, de darup gemaket ist. Vor deßen baven schrevene x Mark wil unde skal de vaken[1]) schrevene Nicolaus Stolpman holden unde waren in unser karke tho Cr[ivitze] de erste meße u[nde] dem karkherrn horsam wesen na lude der fundacien u[nd] c[onfirmation]. Vortmehr umme der däget[2]) willen des baven schrevenen N. St. hebbe wi emme thosegt dat erste len, dat uns erst loswert, edder ene tho vorbiddende, wor unß dat allererste vollen kan.

Des tho mehr warheit unde tügniß hebbe wi vorschreven borgerm[ester] u[nde] r[athmanne] mit witschop u[nde] vullbort hengen laten unser stad ingesegel vor dißen unsen egen breef, de gegeven unde schreven ist na gades bort M. C. CCC x CIII an dem middewek negst vor Reminiscre.

---

## 43.

# Bestimmungen des Bischofs Konrad Loste in betreff der kirchlichen Hebungen des rector scholarium an der Domkirche zu Schwerin.

Schwerin. 23. Juli 1500.

Quoniam iuxta canonicas iuris sanctiones manuales distributiones tantum presentibus debentur in ecclesiis deservientibus, ideoque volumus et ordinamus, quod collectores et distributores, qui pro tempore distributionem ordinant et disponunt, taliter et ita exequantur, quod distributiones fiant solum presentibus in horis diurnis et nocturnis in officiis divinis quibuslibet interessentibus in choro, istis horis presertim, pro quibus huiusmodi distributio est instituta. Et tempestive videlicet in matutinis et vesperis sive primis sive secundis ante primam sessionem, in missis ante epistolam, in vigiliis

---

[1]) vaken = oft.

[2]) = doget, Tugend.

**Zu 43:** Nach Schröder, Papistisches Mecklenburg. S. 2643, aus den dort abgedruckten Statuta synodalia, von mir nach dem Original im Geh. Archiv zu Schwerin verbessert.

ante secundum psalmum intersint et usque in finem permaneant, nisi causam aliquis habuerit rationabilem per decanum et capitulum approbandam, ut sunt infirmitates et in causis ecclesie missio exceptis collectoribus et advocato capituli. Et istud statutum intelligimus quoad omnes personas, canonicos, vicarios ecclesie, etiam rectorem scholarium, officiantes, lectores, corales et alios quoscunque esse servandum. Et ut huiusmodi statutum commode possit observari, volumus, quod distributores in ecclesia Zwerinensi die sue receptionis iuramento astringantur in presentia dominorum capitularium, canonicorum et aliorum noncapitularium, necnon vicariorum omnium ecclesie ad hoc vocandorum, ne absentibus in aliquo contra iuris dispositionem emolumenta ministrent,[a]) salvis tamen quindenis solitis, et presens statutum omnimode observent. Si vero contra premissa et sua iuramenta fecerint, noverint se infames et ab ecclesia obiiciendos, quia infamibus porte dignitatum patere non debent. . . . . .

---

## 44.

## Unterstützung armer Schüler.

[Güstrow. 1500.]

Sic simili modo altera die, scilicet feria secunda, fratribus convenientibus senior ordinet ministros ad missas . . . . . Quibus finitis legant conmendaciones distincte, in qua omnes fratres, si infirmitas eos non excusat et in loco sint residentes, sin autem, per alium seu per alios inductis suppliciis debent esse presentes; et ad tercium responsorium: „Libera me domine“ cantabitur versus: „Horrendum est.“ Quo dicto cantores incipiant responsorium: „Accessit ad pedes“; et tunc senior cum diacono et subdiacono lavent pedes duodecim pauperum scholarium et procuratores sequentes dabunt cuilibet duos denarios Lubicenses, quibus lotis cantores incipiunt responsorium: „Vere felicem“ cum versu sine repeticione; et tunc senior dicat versiculum: „Ora pro nobis“ cum collectis ut supra . . . . .

Postscripta dabunt de communi bursa procuratores:

. . . . . Item scholaribus in ambabus missis existentibus sex albos.[1])

---

a) für ministrant.

**Zu 44:** Nach dem Abdruck von Lisch in Jahrb. 44 S. 19. 32 aus den Statuten des Kalands von 1500 und sonstigen Aufzeichnungen im Kalandsbuch des Güstrower Ratsarchivs.

[1]) d. h. Meßhemde aus weißer Leinewand.

---

# II

# Reformationszeitalter



# A. Urkunden betreffend Schulgründungen, Schulvisitationen, Schulordnungen.

## 1.

## Des Organisators des Rostocker Schulwesens Dr. Oldendorp Ansichten von der Schule.

[Rostock. 1530.]

Superius satis probatum est, omnes simus naturaliter ignorantia bonarum rerum prediti. Et vere dictum est, hominem omnium inconstantissimum animal esse.

Wedder den unvorstandt, des wy van nature wegen ful syn, hefft uns godt de herre mennigerleye gude lere und künste gnedichlick gegeven, wor mede wy dem sulvigen beyegen und helpen mögen.

Idt ys apenbar vor ogen, dath eyn minsche, welckēr syn levenlanck nicht un derrichtet ys worden, de sulvige kan noch schryven, noch lesen, noch eghentlick reden edder eynich wērck recht vortbryngen und in summa, weth nichts dann ēten und dryncken, wowol ock noch vaken[1]) tho untyden und ane mate. Wann men eme ychteßwes tho donde anmodet, so sprickt he: Ick hebbes nicht ghelērt. Und ys recht geantwerdet. Denn wy weten nicht mēr als uns gelērt ys. Dat maket de naturlyke unwetenheyt, de den minschen yn den hacken henget.

---

**Zu 1:** Aus Oldendorps Schrift: Van radtslagende, wo men gude politie und ordenunge ynn steden und landen erholden möghe. An den erbarn radt unnd ghemeyne tho Hamborg. Durch Joannem Oldendorp, doctorem, syndicum tho Rozstock. Malum consilium consultori pessimum. Proverb XII. MD.XXX. Ich benutzte die von Freybe unter dem Titel „Ein Ratmannen-Spiegel" faksimilierte Ausgabe. Unser Abschnitt ist überschrieben „De drüdde artyckel, vam unvorstande". Bogen H III — I III. Das Zeichen e̊ und å habe ich mit ē und ā wiedergegeben. Diese Schrift Oldendorps wurde 1597 von Konrad Forstenow ins Hochdeutsche übersetzt: Von rathschlägen, wie man gute policey und ordnung in stedten und landen erhalten möge etc. Rostock 1597. Bogen G 6. Zur Schrift s. auch Wiechmann-Hofmeister I, S. 138 ff.

[1]) vaken = oft.

Hyr tho dēnen nu de scholen edder universiteten, so men ytzunder nömet, (wowol schola eyn höger name ys) wor ynne de jöget erer unwetenheyt, gerade als eyn vorrustert ysern, ghepoleret und blanck gemaket werden mochte.

Inde schola Platonis et schola Aristotelis dicta est.

Des synth de olden greken und römer wändages[2]) so begerich gewesen, dat eyn yder, de ydt vormochte, schaffede synen kindern eynen egenen tucht meyster. Overst dar na ys vor gut und nütte angesēn, dat ghemeyne scholen umme de jungen lüde mit dagelyker brükinge und lere by eynander to underwysende angerichtet wörden. Als noch hütes dages sodane schole (wowol de gebruck etwes vorandert) by uns befunden werden und mith vēlen fryheyden begyfftiget synt.

Xenophon de Republica: Lycurgos autem (inquit) pro servis pedagogis, quos privatim pueris quisque preficit, virum preesse et illis voluit, e quibus maximi magistratus constant, qui quoniam pueros moderetur pedanomus appellatur. Huic vero potestatem dedit, ut et pueros congregaret, et quem versute aut nequiter quicquam patrare observasset, acerrime cederet.

Nicht dat wy alle gelērt syn könen edder schölen. Wyle eyn flytich minsche mach ock wol ahne bockstave und lere durch mennichfeldighe erfarenheyt thor politie nicht undēnstlick syn, so schal dennoch nemant de gnade, so em godt vorlēneth, an synen kindern vorsümen motwillens.

Per Fredericum imperatorem, in auc[toritate] habita: Ne fili pro pat.[3])

Nu wuste ick warlick nicht, efft ydt ock gerynger dann unsynnicheyt to achtende were, dat de öldern ere kinder so gar nicht thor lere ynn scholen holden laten, wann ick nicht wedderumme gedachte, dat de schuldt nicht alleyne by ene, besonder vele mēr by den regenten der hoghen scholen und ock by der övericheyth eynes ydern ordes befunden wörde.

Na dem dat yn vorgangener tydt de form und arth tho lerende yn gemeynen scholen gantz vam rechten ghebruke vorglēden so wythlöfftich, undenstlick und swar gemaket ys, dath gar weinich ynn blöyenden und jungen jāren, etlyke ock noch nicht upt older, thom rechten warhafftigen grunde gekamen synt.

His igitur. Instit. De iusti[tia] et iur[e].

---

[2]) wändages = wannedages = zu irgendeiner Zeit, einst.

[3]) Nach einer gütigen Auskunft Professor Freybes bedeutet Per Fredericum imperatorem in auctoritate habita, daß der Spruch durch Kaiser Friedrich in Geltung und Ansehen erhalten worden ist. In der Spruchsammlung Kaiser Friedrichs wird jener mit den Worten: Ne fili pro pat. begonnen haben.

Ja, de gantze anfang, myddel unn ende, dar alle universiteten edder scholen hēn gehören, ys nicht alleyne vorgēten, dann allenthalven umme gekert worden. Nömlick, wyle dyth de orsprunck gewesen, dat men ghemeyner politie, landen und lüden tho gude ghelerde, geschyckede menne, de ere ambacht recht wüsten, thorichten mochten.

Denne universiteten und scholen synt gerade als grote wölde und holtinge, welckēre tho vorrade gehēget und yn acht genamen werden, umme de buwete unnd hüsere der stadt, wordes vann nöden, tho underholden, dat men ock also uth scholen, tho förderunge guder politie und menningerleye gemeynen ambachten beqweme lüde erlangen mochte, als predicanten, magistraten, redere, bysittere, syndicos, secretere, arsten und der ghelyke.

Schole nichil aliud esse debeat quam seminarium eorum, qui reipublice deserviant.

1. Corin. XII. Et alios quidem posuit deus in ecclesia, primum apostolos, deinde prophetas, tertio doctores, deinde potestates, deinde dona sanationum,[a]) subsidia, gubernationes, genera linguarum.

Dar umme leret und handelt men yn hogen scholen nicht alleyne götlyke, dann ock ander schryffte, welckēre tho guder underrichtynghe dēnen und nottorfftich synt, gherade als de andern handtwercke, hebben ere uthgestyckeden tyde, dat se der kunst erfaren und nicht ēr ynt ampt gestadeth werden, dath ock jo solich hoch ambacht dem gemeynen besten vorthowesende nicht slymmer gheachtet wörde.

So hefft men nu yn scholen nicht vele anders dann disputeren und hadern geleret, dar doch alle minschen süs van natur tho geneget. Alleyne ys ydel eere unnd rom gesocht mith schynlykem geprenghe, nicht grundt und warheyt, mit korter underrichtinge. Und dem na hefft men keyne lüde thom regimente unn radtgevende ungeschyckeder, ya ock schedelyker befunden, als de yn scholen tho langwyliger disputatien also upgewennet weren, dat se vam rechten grunde des handels nichts wüsten. Wowol mētige underredinge und up beyden syden bewegynge eynes dinges vaken nütte und gudt syn kan.

Mimus ille Publianus, sophistis omnibus multo sapientior. Nimium (inquit) altercando veritas amittitur. Freno hic opus erat, non calcaribus. Cum homines natura ad dissentiendum sint faciles, ut iurisconsultus dixit. Moderate igitur disceptationes exercitii vice adhiberi debebant, more veteris schole Socratice, ut cum alter dixisset, quod vellet, alter contradiceret modeste, in hoc tantum dissentes, quo magis investigaretur veritas et diversa simul collata facilius intelligerentur.

a) statt sonationum.

Wann denn de öldern an eren kindern so mercklyke kost, tydt, möye und arbeyt gantz vorlaren gesēn und dar tho anghemercket hebben, dat eyn ungelert vorfaren minsche tho ghemeynen saken, beyde seele und lyff bedrepende (dar nicht disputerent, dann de rechte lutter grundt unnd warheyt gelden wil) vele mēr dann eyn grot gelerde reden könde. So synt se der kost möde geworden und hebben mith der tydt de handt affgetagen.

Multa sunt, que degustasse sufficit, et quibus velut condimentis, non ut cibo, utendum est in scholis.

Nichil magis contemptum et satietatem parit quam quod extra modum degenerat in abusum.

Dat hebben yn den tyden de magistraten by sick hēnne ghān laten unn warlick an gelerde lüde nicht vele gekeret, velichte ghedacht, ydt geve ene nicht tho schaffende, wusten överst nicht, dath se den alder högesten schat gemeyner wolfart, dar ene eren kindern und ydermen nichlick, armen und ryken, mēr denn an ethen und dryncken ghelegen was, so jemmerlick vorsümeden, und hofft nhu de gantze werlt vorsocht, wat unvorstant ynbrynget.

Dem gelyck ys ock grot myßbruck unn feyl gewesen an drückeryen, de tho hogen scholen und erholdinge aller guden schryffte egentlick gehören, dat de sulvigen so gar ane upsēnt und gemeyne rüggestür durch ydermanne, de des dinges keyn vorstant und vele weyniger tho solicher wychtigen unkost vormögenheyt hebben, ghedreven synt worden, wat einem ydern gelēvede tho drückende.

Wyle doch mith dem drückewercke, even als mit dürbarn arstedyen gelegen ys, wor men der sulvigen recht ghebruket und na ördentlyker mate, so helpen se wol, wo nicht, so wert de alder högeste vorgyfft dar uth.

Optima medicina extra dosim venenum est.

Zum virdenn sol das volck alle mit woch sonderlich in stetten in die kirche uff eine gewisse stunde gehen und mit den schulernn das deutze te deum laudamus mit andacht uffs vleissigste singenn.

Zum funfften soll alle freitage das volck in der kirchen zusamen kommen und die deutze litanei mit andacht auffs vleissigste denn schulernn singenn helfenn, wie am sontage gehaltenn.

Zum neundenn soll der pastor sampt dreienn verstendigenn mennernn vom rathe dartzu verordenet alle viertzehenn tage uff weinigste ein mall die schule visitierenn unnd vleissig acht habenn, ob die schuler auch woll under wisen werdenn, ob sie auch zunehmen inn lere und zucht, den es ist notigk unnd nutze, das die jugennt in gots furcht und lere ufferzogenn werdenn moge, dartzu sie von den eltern und schulmeistern sollenn gehaltenn werdenn und underweiset, und der schulmeister soll ein zuchtigk leben furenn, darmit er denn knabenn ein gudt exempel gebe.

[2.] Was der schulemeister zu Boitzenborgk jerlich zur besoldunge haben sol:

20 marck lübecks an gelde.[2])
Die freie kost bei sieben burger.
1 pfundt maltz.

[2]) Der Wert der Einkünfte läßt sich nur dann richtig bestimmen, wenn man den Wert des Geldes bestimmt. Der Maurer erhielt nach der Polizeiordnung von 1572 ohne Beköstigung täglich 3 ßl. 6 ₰, der Tagelöhner 1½ ßl.; der Ackerknecht bekam jährlich 5 fl. à 24 ßl. Lohn, die Dienstmagd 3 fl. Da die Lebensbedürfnisse, wenigstens die wichtigsten, dieselben sind wie heute, so geht daraus hervor, daß der Geldwert im 16. Jahrhundert ungefähr 25fach höher war als jetzt; siehe die Preisangaben und Berechnungen bei Boll, Geschichte Mecklenburgs. I. 1855. S. 362 ff. 425 ff.

1 pfund roggen von unsern g. h. von der borch.[3])
1 seiten speck.
3 1/2 mark von zwei kuster gelde.
8 ßl im jar vom idern schuler.
Item sein geldt von einem todten mensch, von einem altenn drei oder vier schillinge,
von 1 kinde 1 ßl.
Item 1 freie wonunge.
Item andere viel mehr accidentalia.

Was der kuster zu Boitzenburg jerlichs zur besoldunge habenn soll:

1 fl die seiger zustellen.
8 ßl — das hat ehr zuvor gehabt.
1 marck.
2 marck vonn Gert Ammeken.
Jochim Schutte gibt die renthe aus.
2 marck von her Johan Wegeners wegen.
1 marck von er Johans Wepken.
1 marck von er Hinrich Abels.
Summa 9 marck.

Was der Organist hat zuvorn angezeiget:
Ein lehen vom rade sol 19 marck geben. Aber es kumpt nicht aus.

[3.] Die schule zu Fredelant ist mit gelerten praeceptoribus zimlich wol vorsehenn.

Der schulmeister hat jerlich
16 gulden vom rahte,
3 fl von der probstei
und von den knaben sein gebuer.
Der locate hat jerlich vom rahte 8 fl.

[4.] Schulmeister zu Gnugen ist zugleich stadschreiber, küster, seygersteller,

hat vonn der schulen 11 1/2 fl, seine accidentalia von den knaben und tode gelt, 6 schl. roggen vom pastor.
Von der stadtschreiberei 4 mark lub. und sein accidentalia vom schreiben.

---

[3]) d. i. die Festung Boizenburg, welche den Elbübergang deckte und eine Garnison hatte.

Von der kusterey 44 1/2 schl. havern, 18 ßl lub.

Vom seiger stellen 2 marck lub.

Artickel, welcke in der kercken zu Gnugen zu halten sindt verordnet wordenn.

Erstlich sol der heilige catechismus in der schulen und kirchen mit vleisse gepredigt werdenn .....[4])

Zum siebenden sol der rath zwene gelerte menner aus inen verordenen, die nebenn dem pastor alle viertzehen tage einmhal die schule visitiren helffen und vleissig acht haben, das die jugent vleissig underwiesen werden.

Zum achten sol ein radt acht haben, das die kirche ....., schulen ..... nicht verfallen, sondern im baw erhalten moegen werden.

Zum neunden sol ein rath mit ernste und vleisse dartzu trachten, das von geistlichen guteren nichts verkome, sonderen das die renthe ..... getrewlich verwarett ..... damit solchs muege in gots ehre gewant, die predigstuele, schule und arme leute erhalten unnd versorget moegen werden.

[5.] Des schulmeister zu Grabow, der[a]) kuster und statschreyber zu gleich mit ist, borunge:

| | |
|---|---|
| Vom rathe der stadschreiber halbenn | 1 fl. |
| vonn den priesternn | 3 mark. |
| vonn Rorate messenn[5]) | 8 ßl. |
| vom salwe[6]) | 8 ßl. |
| von der stacienn[7]) | 10 ßl. |
| Hannß Trechaw | 6 ßl. |
| Mattheus Brun | 6 ßl. |
| Hannß Donne | 12 ßl. |
| Achim Khunne | 2 ßl. |
| Hannß Ortmann | 6 ßl. |

a) statt „dem".

[4]) Hier folgen im Original Anweisungen betreffs lateinischer und deutscher Gesänge im Gottesdienste, die völlig gleichmäßig lauten und deshalb weggelassen sind.

[5]) Rorate ist nach einer gütigen Auskunft von Geh. Archivrat Dr. Grotefend in Schwerin eine Stiftungsmesse am Sonnabend der 4 Adventswochen zu Ehren der Jungfrau Maria.

[6]) Salve ist nach Geheimrat Grotefend eine Stiftung, ein so beginnendes Gebet zu singen.

[7]) Statien = stationes = 4 Vigilien einer Nacht, bedeutet ebenso eine Stiftung aus katholischer Zeit, die der Schulmeister jetzt bezog.

| | |
|---|---|
| Mattheus Wanckelmuth | 17 ßl. |
| Hannß Becker | 12 ßl. |
| Frantz Windes | 12 ßl. |
| Annecke Redotz | 12 ßl. |
| | Summa 11 marck minus 2 ßl. |

[6.] Der schulemeister zu Grevismoelen hat jerlich XXX marck lub. zur besoldung. Item 8 ßl vonn iderm knabenn im jare.

[7. Güstrow.]

Zum ersten sol ein erbar rath als die furnembsten der stadt mit vleis acht haben, das der heilige catechismus inn der kirchen, schulen mit vleisse und sonderlich in feiertagen gelert und gepredigt werde, sie auch ihre gesinde unnd kinder dartzu halten, das sie gotts wort mitt vleisse unnd andacht horen.[4])

Zum funfften sollen sie zwen verstendige menner aus dem rahte neben denn predigern verordenen, die uffs weinigste alle monat ein mhal die schulen visitieren und vleissig acht haben, das die jugent in der geistlicheit, guten kunsten und ehrlichen sitten mag underweiset und aufferzogen werden.

Wie wol fast in keiner stadt ein solche unordenunge den gots dienst belangendt befunden ist worden als in dieser stadt, so hat doch ein rath zuletzt sich erboten, sie wollen den artickeln, wie obberzelt allenthalben gehorsamlich nachkomen. Aber uff den funfften und neunden[8]) artickel haben sie ein gros beschwer gehat, die schulen zu visitiren und auff geistliche guter acht zu haben.

Schulemeister.

Der schulmeister ist zugleich auch organist, hat von beyden ampten nicht meher dan 1 jar XII fl, mus sich dabey bekosten, ist ime unmuglich, das ehr sich darbey erhalten kan, wie man auch im grunde befindet, das die furnembsten im rate die schulen zu furdern nicht ist vonnoten, das von e. f. g. als geburlich obericheit ein gnedigs einsehent darin habe, damit die jugent in gottes wort, guten kunsten und zucht aufferzogen moge werden.

[8. Laage.]

Schulemeister ist kuster zu gleich, hat jerlich:

1 last haveren und seine accidentalia von knaben, todten, frawen kirchgang unnd dergleichen.

[8]) Der 9. Punkt betrifft die Verwaltung der geistlichen Güter.

[9.] Was zu Malchin mitt dem rahte, predicanten unnd vicarien gehandelt wordenn, am sonnabend den vierzehenden Ianuarii anno 1542.

Zum andern ist es nutze unnd notig, das ein ersam radt vleissig ach habe, das der heilige catechismus in den kirchen und schulen mit allem vleisse geleret unnd geprediget werde.[4])

Zum achten begertt hochgemelter unser gnediger her gnediglich, das der rath zwene verstendige rats menner verordene, die nebenn dem predicanten alle vierzehen tage ein mahl die schulen visitieren sollen und vleissich acht haben, das die jugent in guten kunsten, in ehrlichen sitten, in gottsfurcht moege underwieset und mit vleiß aufferzogen werden.

Anthwurtt der radts hern zu Malchin, abwesen beider irer burgermeister.

Sie weren erstlich hochlich erfrewett der gnedigen visitation, ..... wolten sich auch also schicken, das e. f. g. ein gnediges gefallen dran haben solte. .....

Vom schulmeister zu Malchin.
Er ist ein gelerter geselle,
hatt jerlich:
16 fl,
freye kost,
vonn den knaben sein besoldung.

[10.] Die schule ist zu Newen Brandenburg mit praeceptoribus reiglich unnd wol vorsehen. Haben auch eine gros anzael der schuler.

[11. Parchim.]

Wie es die prediger inn der kirchenn haltenn sollenn.

Erstlich ist eim erbarnn rathe zu Parchim angezeigt wordenn, das sie eynn vleissig auffsehen habenn sollen, das der heylige catechismus mit allem vleisse ynn der kirchen und schulenn gepredigt unnd gelert werde.[4])

Darauff hat eynn erbar rath sich erstlich solcher ewer fürstlich gnadenn gnediger heimsuchung mit hochster reverentz bedanckt mit erbietung demselben so viel als ihnen belangt undertheniglich getrewlich nachzukomen.

Was inn sonderheit eim erbarnn rathe, vicarien und calandes hernn zu haltenn angetzeigt.

Erstlich soll ein erbar radt zwene verstendige menner aus ihnen erwelenn und darzu verordenen, die nebenn den predicanten alle viertzehenn tage einn mhall die schule visitieren unnd vleissig auffsehenn habenn sollenn, das die jugent inn guten kunsten, ehrlichenn sittenn und gots furcht underweyset, aufferzogen unnd darin zunehmen mugen.

Schulemeister

hatt nhue 5 fl unnd von denn knabenn und todtenn gelt, aber ein rath will vleis furwenden, das er moge mit einer bessern besoldungk versorgt werdenn.

[12.] Plawe.

Erstlich sindt burgermeister, radtmann, kirchgeschworen sampt den predigern unnd geistlichen furbescheiden unnd ihnen e. f. g. credentz und instruction furgelesen, desgleichen etzlich artickel, als vom catechismo ..... die schulen zu visitieren, damit der jugent wol uffertzogenn und underweiset werde ..... haben der rath sampt den predigern solchs mitt hohen frewden unnd dancksagung angenhommen .....

Was der schulmeister zu Plawe jerlich hatt:

Im ist verordent wordenn, das er jerlich XX fl bar gelt vom rahte gewertig sein solle, wie obberurtt.

Item daruber hat ehr sein verdienst vom rahte von der schreiberei.
Item, lehen Philippi et Iacobi, darvan 3 fl.
Item vom todten sein geldt.
Item von den schulerenn.
Item 3 schl roggen und 3 schl. maltz von e. f. g. schlosse.[9])

[13. Rostock.]

Dieweile na keiner ist,[10]) so siehet seine f. g. gnedig fur gut an, wie sie auch in allen stedtenn, dorffern unnd flecken ires furstenthumbes unnd ämter hat verordenen lassenn, das der heilige catechismus, darinne die heupt articuli gotlicher schrifft unser selen

[9]) d. i. die Festung Plau, die den Süden Mecklenburgs deckte und Garnison hatte.

[10]) d. h. ein Superintendent.

seligkeit verfast, mit allem vleisse in der schulen und kercken der jugent unnd jungen christen zu troste, nutz unnd heile getreulich moge geprediget unnd geleret werden. . . . . .

Desgleichen uf alle heilige abendt sol in der kirchen die vesper von den schulern zu latein unnd teutsch mit christlichen gesengen gesungen werden. . . . . .

Dieweile auch nutzlich unnd notigk, das die schulen erhalten, domit die jugent inn gutenn kunsten, ehrlichen sitten unnd gottesfurcht underweiset unnd auffgetzogen moge werden, den wie man die kinder in irer jugent gewenet, so hat man sie, wenn sie alt werdenn. Unnd ir in ewer stadt[11]) alhier nicht alleine eine gemeine cleine schule, sonderenn auch ein universitet habt, da nicht allein die jugent in artibus politioribus, sondern auch in den trefflichen faculteten als inn der theologey, medicin unnd juristerei mogen underweiset werden.

Wie nutze unnd hoch vonnoten es aber ist, das solche faculteten auf den hohen schulen erhalten werdenn, sicht man fur augen, wil den welcher kranckheit kan doch licht geholffen werden, den durch gelerte und getrewe medicos, die der kreuter, sternen unnd der complexiones ir natur und eigenschafft wissen; welchem der unrecht unnd vorgewaltiget wirt, kan recht verholffenn werden, den durch einen vorstendigen der rechten.

Wie wil man gottes wort clar unnd lauter erhalten, dorinne unser seelen seligkeit verfast, wo nicht gelerte leute sindt, die sich in heiliger schrifft vleisiglich übenn.

So stunde es wol unnd wer loblich unnd erlich, das e. g. uffs hochste sich befleissigte, das gelerte leute hier seindt, die in ere gehalten unnd mit zimlicher besoldung versorget sein mochten. Hochgedachter unser gnediger her wil als ein loblicher landesfurste dartzu das beste thuen, wie s. f. g. auch bisanher gethan, damit die lobliche universitet restaurirt unnd in flore bleiben mochte, damit die hohen faculteten nicht sogar vergehen, ahne welche kein regiment, kein friede, keine gesuntheit, keine heilige schrifft erhalten kan werdenn.

[Artikel.][12])

Erstlich sol alle sontage das heilige evangelium lauter und rein sampt dem heiligen catechismo mit vleisse gepredigt werden.

---

[11]) So redet Superintendent Riebling den Rat an.

[12]) Der Rat antwortete, er wolle gehorchen, und man solle die Artikel den Predigern im Beisein zweier Ratspersonen vorhalten.

Zum sechsten sollen die predicanten, so vom erbaren rahte dartzu vorordenet, die cleine schule alle viertzehen tage ein mahl helffen visitirenn und vleisig acht haben, das die jugent in guten kunsten, ehrlichen sitten und gottes furcht underweisen unnd uff-ertzogen mogen werdenn.

[14. Röbel.]

Schule.

Item er Joachim Kumcke[13]) hat mit grosser muhe und arbeit ein gelertenn fromen schulemester zu wege bracht, der hat nu jerlich $7^1/_2$ fl stande geldt unnd von iderm knaben ein jarlanck 4 ßl, der wirt nothalben endlauffen mussen, wo ime die besoldung nicht gebessert wirt.

[15. Schwerin.]

Erstlich ist ein ersam rath e. f. g. credentz vorantwortet und folgender gestalt diese artickell zuhaltenn angezeigt wordenn:

Zum andern, das der heilige catechismus in der kirchen und schulen mit vleisse gepredigt und gelert werde.[4])

Zum siebenden soll ein rath zweene vorstendige menner vom rathe verordenenn, die nebenn dem predicantenn alle viertzehenn tage ein mal die schulenn visitirenn sollenn und vleissigk ach habenn, das die jugennt in gutenn erlichenn sittenn und gots furcht mogenn underweiset und mit vleisse aufferzogenn werdenn.

Antwort des rates zu Schwerin.

Hierauff habenn sie die antwort gegebenn, das sie[b]) uff e. f. g. ires gnedigen landesfursten und hernn gnedigs begernn sich woltenn schickenn und haltenn. . . . .

[16.] Schulmeister zum Sternebergk.

Die schule ist mit einem ungelerten schulemeister versehen, der auch noch ein papist ist. Es zeiget ein rath, das e. f. g. gnedige vertrostungen gegeben, das sie jerlich aus gnaden wolle X fl geben dem schulemeister zu hulffe, so wolte der rath auch X fl darzu geben, damit er XX fl jerlich zu besoldung habe. Daruff kunte man wol einen gelerten gesellen uberkomen, der die jugent in guten kunsten, ehrlichen sitten und gotselickeit under-

b) weggelassen ist „sich wollten".

[13]) Kumcke war Prediger auf der Neustadt Röbel.

weysen moge. Der rath bittet undertheniglich, e. f. g. wollen derselben ihrer gnedigen vertrostunge gnediglich eingedenck [sein]. E. f. g. hat solche gnedige zusage gethan zum Sterneberge am freytage nach letare nechst verschienen.

[17.] Des schulmeisters zu Tetrow jerlich einkommen.

Dem schulmeister ist uf dismal beym pastor und sechs rathmennern die freye kost verordent wordenn.

Hat etlich dromet havern jerlich von den leuten, hats aber noch nihe geborett, wils clerlich auffzeichnen und was es ein jar tragen[c]) wertt, schrifftlichen bericht davon thuenn.

Die leute beschweren sich, den havern dem schulemeister und dem pastor sein gebur auszugeben, so zeiget der rath und stadt voigt an, wie sie inen gleich gerne wolten dartzu behulfflich sein, so fragen doch die leute weder nach dem rath, noch dem stadt voigt, bitten undertheniglich, e. f. g. wollen ernstlich an die gemeine schreiben, das sie sich nicht so mutwillig und ungehorsam wider sie ertzeigen mochte. E. f. g. wollen auch etzlich dartzu verordnen, wie in anderen stedten geschehen, die die jerlich borung dem pastor und schulmeister zu gute samlen, einnehmen unnd enthrichten mochten uff gewisse zeitt.

[18.] Des schulemeisters zu Warne besoldungk.

Bartholomeus Michaelis ist ein gelerter geselle.

Item alle tage hat ehr bisher eine malzeit bey dem burgermeister gehat; nhu ist verordent wordenn, das ehr alle tage zwo bei ihme haben solle, wie auch der burgermeister zu thuen zugesagt. Sie wollen ihme auch seine besoldung verbesserenn.

Wie eim radt zu Malchin artickel zu halten sindt furgestellet worden, also ist auch uff die weise zu Warne geschehen, wie oberzelt; so haben sie dergleichen die predicanten unnd vicarien zugesaget, sie wollen sich als gehorsame underthanenn unnd getrewe menner gottes unnd vleissige seelsorger allenthalben getrewlich und wol halten, haben auch besanher so eine feyne ordenung in der kirchen und gotts dienst, auch in der schulen schon gehalten, als wir nicht in vielen stedten gefunden habenn.

c) statt „tragett“.

[19. Wesenberg.]

Schule.

Schulmeister hat jerlich 10 fl bar gelt, 4 tage fische von der borch bey der waden,[14]) den sontagk die freye maltzeit abend und morgen beym kerckheren, den dingstag unnd donnerstag die freye maltzeit abend und morgen bey beyden burgermeisterenn auß gunst.

Item von e. f. g. 8 schl. roggen.
8 schl. maltz.
1 seite speckes.

ider knabe gibt alle virteil jars 2 groschen.

[20. Wismar.]

Zum andern ist s. f. g. gnediges begeren, das ir in ewer kirchenn mit allem vleisse den catechismum[d]) sollet predigen lassenn, dan er ist ein fundament, darauff alle prediger der cristlichenn lere gegrundt sein.

Zum funfftenn begert s. f. g. gnedichlich, wollet alle hillige abenndt denn schulernn die vesper zu latein unde dudesch singenn lassenn, damit die jugendt in beydenn sprachenn moge auffer-zogenn und geubet werdenn.

Zum siebendenn hatt s. f. g. ein sonnderenn guts gefallenn, das in ewer statt so eine feine kinder schule ist auffgericht wordenn; damit nu de schule vorhaltenn, de knabenn in zucht, gottes furcht und erlichenn kunst mogenn zunehmenn unnd uffertzogenn werden, ist s. f. g. gnediges vormanen, ir wollet de schulenn diener mit zimlicher besoldung versorgenn, auch etliche verstenndige burger dartzu verordenenn, de neben ewerme secretarienn und predicantenn alle viertzehenn tage eyn mal de schulenn visitirenn mogenn unde vleissigk acht habenn, daß de schuler in zucht, gutenn kunstenn und gottes furcht mogenn zunehmenn unnd uffertzogenn werden; denn es ist viel darann gelegenn, daß de jugent woll uffertzogenn werde.

Antwort eins erbarn rats zur Wismar.

Zum andernn was den catechismum[d]) in der kirchenn belangent mit vleisse zu predigen, haben sie sich der meinung vornemen

d) statt „catechesum“.

[14]) waden, d. i. das Fischereigerät und bedeutet, daß der Schulmeister von dem 4mal jährlich stattfindenden Fischzuge ein bestimmtes Deputat erhielt.

lassenn, sie woltenn das ire gerne dartzu thun, das solches getrewlich außgericht wurde, auch werenn sie der zuvorsicht, ire predicantenn als getrewe selsorgers werdenn das mit vleisse außrichtenn unde den catechismum[d]) mit allem vleisse predigen.

Item de vesper uff alle hillige abent mit feinen christlichen psalmen zu latein unde deutz zu singenn hat ein rath nach ufrichtunge der schulenn in denn kirchen mit vleisse halten lassen, woltens auch hinfurder mit deste grossern vleisse thun got zu eren, e. f. g. zu gnedigenn gefallen und zu irer selenselickeit.

Zum siebenden was de schulenn zu visitirenn belanget, woltenn sie mit allem vleisse dartzu trachtenn, das dem follige geschenn mochte, und woltenn etzliche predicanten, rats leute, irenn secretarien, auch zwen gelerte menner vonn der gemeine datzu verordenen, de sie alle viertzehen tage ein mall mit allen vleise visitiren mochtenn, den sie konten woll abnemen, erfurens auch teglich wol, wie vil und gros dran gelegen, das de jugent wol undt getrewlich in guten kunsten, erlichen sitten und gotsfurcht auffertzogen werde. Es gehorte aber vil gelde datzu, de schulenn unnd predichstuell zuerhaltenn, und weren woll geneiget, de schulenn und kirchenn denern mit guter besoldung zuversorgen und inen dieselbenn zuverbessernn von geistlichenn gutern und lenen, de auch datzu fundert[e]) und gegebenn wurdenn. . . . .

[21.] Schulmeister zu Woldeck

hat jerlich, wie es itzunt verordnet worden, aus jeden hause 1 ßl lub. vor den korff, so ehr pflag alle sontage umbzutragen. Item 1 ßl sund. aus jedem hause kuster lohn.

Item vom einem jedem knaben 1 jar 1/2 fl.

Item zu Perterstorp[15]) sindt jerlich 3 fl gewesen, de hat je und allewege der schulemeister entfangen, die entboret ime itzt der rath; eß wehre von noten, das sie wieder zur schulen mochten, wie sie von alters gewesen, gebracht werden.

Item eß ist verordenet worden, das der kerckher dem schulemeister des sontags zwo malzeit und die ander sechs tage sechs burger bis zu ostern geben sollen, wie sie auch zuthun zugesaget und verwilliget.

e) statt „funnert".

[15]) Petersdorf ist ein Dorf in der Nähe von Woldegk.

# 10.

# Die Einrichtung des Pädagogiums an der Universität zu Rostock.

1532. 1544. 1548. 1566.

## a.

## Die allgemeinen Aufgaben des Pädagogiums an der Universität Rostock.

Rostock. August 1544.

Quum igitur praecipua[a]) cura sit nobis de instituendo adolescentum studio, quorum alii rudes artium et linguae Latinae, alii mediocriter earum perceptis rudimentis instructi veniant, sequuti exempla aliarum scholarum pueris paedagogium[a]) aperuimus, grandioribus publicum artium gymnasium, in quibus iuxta sui ingenii et eruditionis modum quisque ad tempus institutus superioribus professionibus praepararetur.

Paedagogium vero cum necessarium esset propter quotidianum puerorum adventum atque etiam summo iudicio a clarissimo viro Gisberto Longolio esset constitutum, iuxta Fabii Quintiliani consilium putavimus utilius unum fieri, in quo communiter pueri instituerentur melius quam singuli a paedagogis intra privatos parietes; nam ita tenuioribus parentibus consultum est, qui quod sumptus in alendis paedagogis ferre non possent, saepe praeclara puerorum ingenia ab institutione deseri sustinuerint, opulentioribus quoque, qui etsi adiungere suis paedagogos possunt, tamen non erat proposita ea discendi occasio, qua mutua aemulatione studiorum ingenia parvulorum excitantur, quam instituendi rationem ita, ut a Longolio, acerrimi iudicii et singularis eruditionis viro, constituta est, utinam non hoc nostrum modo Rostochium, sed passim omnes pueriles diatribae aliarum regionum retinerent et sequerentur. In quo cum sunt omnia non vulgari modo constituta, sed ad veterum exempla et praecepta, non speramus quenquam in hac institutione

**Zu 10a:** Aus der „Epistola nuncupatoria" der „Rostochiensis Academia" an Bürgermeister und Rat der Stadt Rostock. Blatt I und II. Diese Epistel bildet die Einleitung der Universitätsschrift: Studii litterarii publici in academia Rostochiensi diligens et accurata restauratio etc. Rostock 1544. Mense Augusto.

a) Statt prȩcipua und pȩdagogis schrieb ich: praecipua und paedagogis.

aliquid repraehensurum recta iudicia sequentem. Nam habita ingeniorum ratione ista tum nostris Sarmatis[1]) scripta, ut Lucilius olim suis Tarentinis, edidimus tamen, et si Longolius[2]) non ita, ut ederentur, scripserat, quo quorundam hominum iudicia et falsos rumores nescio a quibus natos refelleremus. . . . . .

b.

## Die Einrichtung des Pädagogiums an der Universität Rostock.

Rostock. August 1544.

Maiores nostri, qui civilis disciplinae constitutionem posteritati literis commiserunt, viri prudentissimi magnis de causis illam reipublicae partem, quae leges de puerili institutione condidit atque proposuit, reliquis omnibus accuratius multo exquisitiusque tractavisse videntur. Etenim homines ingeniosi facile cognoverunt nullam omnino civitatem diu et florentem et stabilem esse posse, in qua puerorum educationis institutionisque ratio diligens non haberetur. Nam sola virtus, cuius vis maxima praeclarissimaque in iis rebus vertitur, ut sciamus quibus cum congregamur uti moderate et scienter, civitates omnes pace et bello, in ocio et negotio ut foeliciter et beate durare possint, efficit. Quae nisi a teneris annis instituendo ac persuadendo pueris tradatur, fieri vix potest, ut se ad frugem bonam, ut dicitur, recipiant unquam. Quemadmodum stirpes, quas in rectas et speciosas arbores alimus, nisi a primis radicibus studiose diligenterque tractentur, vitium, quod negligentia conceperunt, nullo agricolae cultu ab illis auferri potest. Ita cum aetas illa tenera, tametsi et natura et ingenio sit perbona, sine cultu tamen atque disciplina frugi esse nequit. Non immerito igitur maximis laudibus ornati quondam sunt Lacedemonii, quod inter Graeciae respublicas, quae tum solae sapere putabantur, omnium maxime in hanc rem incubuerunt, ut filios haberent moribus, eruditione et corpore prestantes. Cum illi autem ipsi viderent, animi quam corporis bona multo esse potiora, se prudenter facturos exi-

---

[1]) hier Bezeichnung der Norddeutschen.

[2]) Der Professor Gisbert Longolius, zu Rostock 1542—1546.

**Zu 10b:** Wie aus dem vollen Titel des genannten Buches hervorgeht, (una cum constitutione ludi puerilis a clarissimo viro D. Gisberto Longolio, professore medico, summo iudicio conscripta) ist Gisbert Longol der Verfasser dieses auf die epistola nuncupatoria folgenden ersten Teils. Er überschreibt ihn: Ratio constitutionis paedagogii, ad senatum Rostochiensem amplissimum. Blatt IV—IX fol. Die Abkürzungen sind hier wie im vorhergehenden Texte aufgelöst, Akzente weggelassen worden.

stimarunt, si prius pueros in παιδαγωγιον (sic enim ludum, in quo literae discebantur, appellabant) ducerent, quam exercitatione ludoque campestri (γυμνασιον vocabant) uterentur. Ac deinde omnes quibuscunque Lacedemoniorum institutum, ut optimum reipublicae exemplum imitari visum fuit, fuit autem multis, habiti sunt industria et consilio superiores. Porro illos quod primi fuere, qui publice liberos erudiri voluerunt, nemo satis pro dignitate laudare potest. Neque enim tam arcte et diligenter domi pueritiam haberi posse arbitrabantur, quin vel eorum cum quibus domi privatam viverent vitam perversitate pravitateque animi (vix enim vel a mediocribus ista familiis deduci possunt) vel parentum indulgentia depravarentur.

Quis enim de rebus suis recte satis et cognoscit atque iudicat? Primum itaque ex Lacedemoniorum instituto paedagogia ista, quae vocantur, orta sunt. Quorum usus posterioribus saeculis frequens adeo atque celebris extitit, ut prope nullam etiam hodie civitatem, quae paulo liberalior et cultior videri queat, reperiamus, in qua non summa cum diligentia, cura, sollicitudine pueritiae ratio habeatur. Arctam enim et contentam institutionem atque disciplinam propter aetatis lubricos et insolentes animos moresque in his coli maiores nostri voluerunt. Quae cum in scholis istis, in quibus fere universa artium et scientiarum genera tractantur, quas ob id nec absurde nec ineleganter liberalium disciplinarum sedes appellamus, quales etiam in hoc nobili Vandalorum Rostochio summo labore et maximis impensis iam olim ante hominum memoriam constitutae sunt, esse nequeat, (vix enim omnes aetates, omnia studiorum professionumque genera in ordinem cogi possunt,) magno hercle iudicio plurimis iustisque de causis puerorum istud conciliabulum (permittite mihi quaeso nunc hoc verbo uti), quod Lacedemoniorum more paedagogium nominatis, exaedificarunt. Etenim Rostochienses non sibi solum natos, sed universae Vandaliae patriae longe latissimae censuerunt, quae cum ex vicinis urbibus educationis institutionisque gratia cives huc veluti ad bonarum artium mercaturam[a]) sineret proficisci certior esset et plane confideret maiore cum cura et diligentia suos istic educari et confirmari, quam si in gremio parentum et necessariorum alerentur.

Neque potuit etiam quicquam excogitari exputarique a parentibus nostris pueritiae atque adolescentiae necessarium magis ac huius paedagogii constitutio. Nam cum omnes passim sine aetatis

a) Verb. aus marcaturam.

et eruditionis discrimine ad capessendas[b]) disciplinas huc ablegarentur, tantam oriri necessario studiorum perturbationem oportebat, ut neque professores ipsi satis cognitos habere possent, quos docerent, neque disciputi (quoniam bona pars illorum imparati et rudes prope ad artes maiores ruebant) ea, quae a praeceptoribus traderentur, perciperent atque intelligerent.

Quare cum imperitiores cum paulo doctioribus essent coniuncti, quod inaequalium vix potest eadem esse ratio, impedimento potius et turbationi quam ornamento et auxilio sibi fuere. Hinc instituta sunt ingeniorum ac eruditionis iudicia, ut ponderari atque expendi possit, ad quae disciplinarum ac artium studia singuli destinarentur.

Nam qui plane praeter prima literarum rudimenta nihil accepissent neque in authoribus, e quibus Latinae linguae cognitio hauriri solet, essent versati, eos ad Aristotelis organum, ad medicinam humanae salutis praesidem artem, ad sacram denique iuris civilis scientiam admittendos non putabant, verum illis prius disciplinis excolendos, quibus et linguae infantia emendatur, et via quaedam ad solidiorem eruditionem sternitur, censuerunt.

Ac fuit quidem tempus, cum boni isti viri pro aetatis ratione recte pueritiam instituerent eaque fideliter traderent, quae et a magistris percepissent et pro miserabilis saeculi conditione invenissent ipsi atque excogitassent, floruitque eo tempore huc puerorum conciliabulum (faciam verbum hoc usurpando tritius) ut cum maxime. At postea cum singulari dei beneficio mortalibus reddita est, et purior et praeclarior bonarum literarum cognitio non potuit amplius ex veteri illa disciplina statum et dignitatem suam defendere ac tueri, sed iniuria temporis et profitentium ignavia ruinam quidem fecit, ita tamen ut parvo labore ac negotio in pristinam dignitatem ac multo sane praeclariorem revocari modo possit.

Postquam autem viri prudentissimi huiusce restitutionis curationem et provinciam nobis, quos non sine gravibus impensis ad vos advocare visum est, dedistis, officii nostri sumus arbitrati, rationem quandam atque viam, qua reparari omnia possint, indicare ac prescribere, quam si ea diligentia atque sedulitate, qua nos usi sumus, fueritis ingressi, futurum esse confidimus, ut non modo liberis vestris, sed omnium etiam nationum, cum quibus et commercia et consuetudines vobis sunt, posthac sit optime consultum.

b) für capescendas.

Itaque vos prudentissimos atque consultissimos [1]) appellamus, vos obtestamur, vos imploramus, ne ab huius paedagogii, quod familiarum honestarum, quod reipublicae, quod religionis ac ecclesiae dei seminarium est, administratione atque procuratione, in qua nunc estis egregii, negligentia aut incuria vos sinatis amoveri.

## Quales in paedagogium recipiendi.

Sed ut ad institutionem puerilem accedamus, principio providendum est atque animadvertendum, ne dum pueritiam omnem ad paedagogium vocamus, reliquae pueriles scholae, in quibus elementa prima atque adeo primordia et ingressus literarum traduntur quaeque in usum templorum et sacrorum constitutae sunt, discipulis destitutae corruant atque funditus intereant. Quae res sane quando incommodi multum habet (sic enim sacrarum cantionum, sic ceremoniarum, quarum administri cum presbyteris et diaconis magistri ludi sunt, ritus servari haud quaquam queant) curandum, ut ad paedagogium nulli admittantur, quin clare legere, literas fingere, nomina et verba inflectere exquisite calleant. Ita praeceptoribus paedagogii difficilis et importunus docendi elementa labor, si non omnino aufertur, certe magna ex parte minuitur atque detrahitur. Aedes interim sacrae puerorum coetu et exornantur et iis, qui ludis praesunt, aliquid ad vitam commodius transigendam suppeditatur.

## Unum tantummodo paedagogium satis esse.

Multum autem de incremento et dignitate paedagogii detrahitur, cum neglecto et contempto publico puerorum conventu paedagogi passim privatim discipulos erudiendos accipiunt. Nam et praeceptoribus ubi auditoribus se destitui animadvertunt, animus et diligentia ista, quam multitudini gloriae nomine debent, frangitur, excitat enim auditor studium, ut recte quidam dixit, et officii premium laborisque fructus, ipsum scilicet lucrum, de quo fere artium professores hodie veniunt, nullum capiunt.

Quamobrem academiae totius gubernator et administrator simul cum magistratu eiusmodi privata conventicula, si non pueris modo, sed et paedagogis bene esse cupit, non sinet coalescere. Verum ad publica auditoria horis illis, quae ad docendum destinatae sunt, ut simul omnes conveniant, pro autoritate sua iubebit atque imperabit. Interim tamen quibusvis privatim discipulos curare atque

[1]) d. i. der Rostocker Rat.

paedagogi officio fungi liberum sit, modo a lectionibus, quae in paedagogio fiunt, hac via non abducantur. Quinimmo in rem puerorum, qui paulo opulentiores sunt, plurimum esse existimamus, ut simul ac e ludo redierunt, adsint domi adolescentes doctiores aut praeceptores, qui rationem eorum, quae paulo ante didicere exquirant et domi contineant, ne animas ad lusum et inanes occupationes pronos aliorsum quam ad studia convertant. Hos bonarum omnium actionum monitores sedulos esse cupimus.

Quod si autem domi cum parentibus sine paedagogo est vivendum, hic illi officii meminisse debent. Cogitent animo quid a filiis expectare velint, sciant se prope primos curatores esse et omnem fructum ingeniorum et eruditionis maxime ad se spectare, quare nec indulgentius nec laxius illos domi habeant, quam a praeceptoribus in scholis tractari soleant. Pulchre enim omnia succedunt, cum tales domi reperiunt parentes, quales in scholis magistros reliquere. Neque quicquam magis facit ad progressus in studiis faciendos ac parentum praeceptorumque consentiens illa voluntas.

### Non quoslibet in ludum admittendos.

In discipulis autem ad literarum studia admittendis delectus magnus abhibendus est, non enim quoslibet musarum sacris initiandos putamus. Sed quemadmodum olim a mysteriis profani arcebantur, ita quibus ingenium rudius et obtusius, quibus nulla memoriola, in quibus nulla liberalioris animi indicia conspiciuntur, hos parentibus satius fuerit commendare, ut alii potius vitae generi dedicentur, quam frustra et sine spe fructus facultates suas dissipent.

Imitari autem hac in re diligentes agricolas convenit; non enim illi quibusvis agris semina mandant, sed diligenter naturam terrae primum exquirunt et contemplantur, ne post sementem messis nulla spes offeratur. Sed non est cuiusvis hominis recte de ingeniis censere, quamobrem acumine opus est, iudicio subacto opus est. Saepe enim qui natura destituuntur, labor et diligentia, quod deesse videri poterat, compensant. Quare nisi plane hebetes et ignavi[c]) cognoscantur, ferendi sunt monendique, ne sibiipsi in honestissimo ac utilissimo studiorum cursu desint. Saepe etiam illud poetae[d]) audiant: Labor improbus[e]) omnia vincit.[2])

### De praefectura paedagogii.

Quanquam autem suum habeant pueri praesidem, quem paedagogii praefectum nominamus, ex usu tamen esse videtur, ut totius

c) aus ignavos. d) aus peotę. e) aus improdus.

[2]) Vergil, Georgica I, 145.

academiae gubernatori, quem universarum professionum, ut divinarum literarum, ut iuris, ut medicinae ac philosophiae studiorum rectorem ac dominum vocant, nomina sua dent, huic in primis se paratos ad nutum futuros promittant seque legibus primum paedagogii, deinde academiae obedientes ac subiectos esse, honestatem et virtutem cum bonis literis sectari velle sancte, si per aetatem licet, sin minus per parentes aut illos, quibus sunt commissi, polliceantur. Sic enim praeclaris istius academiae privilegiis, quae non ad libertatem et licentiam peccandi, sed ad literarum ac studiosorum conservationem irrogata sunt, uti poterunt. Quinetiam saepe insolentiores facti in praesidem insurgere, illum nihili facere et pietatis contemptores etiam pulsare in animum inducunt, qui ubi academiae poenam extremam, nimirum relegationem ac ad parentes amandationem ob oculos sibi ponunt, ab eiusmodi facinore manus continere solent. Sunt et alia plaeraque, in quibus summi moderatoris autoritas imploranda est. Apud illum tamen (quia ex maioribus et praeclarioribus professoribus fore legitur) minutiores illas puerorum querelas habendas non putamus, sed in has partes illum, qui in philosophiae studentium conventu quasi senator vel decurio est, quem decanum professorum artium appellant, substituendum ac supponendum, ad hunc praefectus in causis paulo gravioribus accedat, hunc consultet. Admodum enim utile est, ut et revereantur et ex animo diligant illum omnes. Nam cum a paedagogio iam ad philosophiam praeparati discedunt, recta in huius quasi municipium et coloniam transferri solent.

## De classibus et ordine studiorum.

Cum pueri aut adolescentis ingenium praeceptori satis probatum fuerit, quantum scilicet in primis literarum rudimentis progressus sit, num satis expedite legere, num commode in pingendo manum ducere norit, num nominum verborumque inflexionem absolute calleat, quae si probe tenet, iam ad classem illam adscribendus est, quae ordine quidem prima sit, sed eruditionis ratione a prima quarta. Ita per quatuor plane gradus priusquam Aristotelico organo et rhetoricae caeterisque maioribus disciplinis, ut mathematicis, idonei sint, pueros ducendos arbitramur. Quatuor autem classes pro temporis ratione, qua gramaticen absolute discere, dialecticae item et rhetoricae progymnasmatis utcumque imbui possint, constituimus. Nam durum admodum et plane ignavum esse oportet, qui diligentibus praeceptoribus usus quatuor annorum curriculo ista, quae praescribemus, non percipiat.

### Cur classes institutae.

Quod autem in classes, rem necessariam plane et multum etiam utilitatis adferentem distribuendos pueros censemus, maiorum exemplo, quibus id ut credere par est, tanquam per manus traditum fuit, fecimus. Nam praeter id quod pulcherrimo ordine, quo sine nihil recte institui ac disponi potest, studia progrediuntur, excitanfur etiam pueriles animi aemulatione et gloria (haec autem in pueris maxime vigent et valent) ut altiores ordines, quae dignitatis plus habent iam affectare et ad libertatem illam academiae, ad quam proximos esse vident primos, aspirare ausint.

### Infima classis quae est quarta.

Hanc grammaticis praeceptionibus destinamus, in quibus tradendis praeceptorum diligentia et iudicium ante omnia[f]) requiritur. Nisi enim illa accurate doceantur, vix fieri potest, ut in superioribus classibus fructum aliquem facere possint. Sunt enim haec omnis eruditionis et disciplinarum fundamenta, quae cum firma et solida fuerint, facile admodum, quod superstruitur, ferre valent. Iudicium autem docentis deposcimus ne temere praecepta tradat, ne dum rara quaedam et quae forte semel apud ignobilem aliquem ac vetustum poetam reperiuntur, pro exemplis et praeceptiunculis dictet, non enim pueros scriptione multa onerandos existimamus.

Itaque quam simplicissimam hanc tradendi rationem esse cupimus. Auctorem autem ad eam rem optimum et ad captum puerilem quam[g]) maxime idoneum Melanchtonis rudimenta grammatices, quae octo partium inflexiones et proprietates tradunt, existimamus ea mane a septima hora usque ad octavam diligenter explicanda sunt, praecepta et exempla saepe exigenda, donec memoriae ita mandata sunt, ut aegre ex ea evelli queant. Hora. quae prandium proxime antecedit, hoc est nona, omnes rursum in ludum convocandi enarrandusque simplicissime princeps Latini sermonis et facilitatis Terentius, quo praecepta grammatica, quae in poetis propter veritatem flexionis et figurarum crebrius densiusque occurrunt, exemplis illustribus annotari et veluti demonstrari possint. Huic autem interpretationi horam istam unam satisfacere arbitramur. A prandio sub primam statim in ludum revocandi et praecepta de orationis Latinae constructione, quam syntaxin Graeco vocabulo vulgo nominant, enucleanda sunt eligendumque ad eam rem aliquid est, quod nec brevitate nimia nec copia et multitudine sit ad

f) aus omnium. g) aus ut eum.

ingenia puerilia ineptum. Quare ad hanc rem nostro iudicio commodus[h]) erit ab Erasmo quondam de Latinitate conscriptus libellus seu ex Philippi grammatica pars altera, quam syntaxim appellant[i]). Habent enim praecepta et facilia et exempla venusta sane et clara.

In his autem ita versabitur ludi magister, ut exempla, quae ad praeceptorum explicationem in poeta occurrunt, ante oculos pueris ponat et rationem Latinitatis postulet. Ubi a ludo hora secunda fuerint dimissi, unusquisque duabus horis privatim cum paedagogis suis, quae in ludo didicit, animo revolvat; sic fiet, ut feliciter memoriae, quod auditum est, tradatur et ad usum, quoties opus erit, revocetur. Ad quartam vero in auditorium revocandi sunt et ad orationis Latinae puritatem exemplar illis, quod perpetuo et tuto imitari queant, proponendum.

Cum vero Latini sermonis puritas apud unum Ciceronem maxime sit, statim introducendus in scholam Cicero neque prius dimittendus quam per omnes classes ita sit tractatus, ut familiarior et notior illo nihil omnino esse possit.

Huius epistolas omnes, cum fieri utiliter non possit, ut a pueris eo discantur (multa enim, quae puerilem captum excedunt, complectuntur) delectus ex quatuor voluminibus, quibus omnes comprehensae sunt, ut familiares, item ad Atticum, ad Brutum et ad Q. fratrem faciendus est neque tam brevissime quam facillime, et quae utilitatem aliquam afferre possunt, quales ab eloquentissimo Sturmio collectae sunt, proponi debent.

Atque hic animadvertendum, ne temerarium istum enarrandi morem, qui hactenus apud proletarios explicatores obtinuit, literator sequatur. Plaerique enim non recte scriptorem enarratum existimant, nisi ad illius singula verba etiam aperta et minime figurata synonymum aliquod atque illud multo quandoque obscurum magis quam ipsum autoris dictum non sit apportatum. Satis profecto est, ut puer vim dictionis et sententiae capiat. Quod si volet synonyma convehere, non utatur aliis quam apud autorem illum, quem enarrandum suscepit, extare cognoverit.

Exempli causa. Qui epistulam primam, quae est ad Lentulum scripta: „Ego omni officio ac potius pietate erga te, caeteris satisfacio omnibus, mihi ipse nunquam satisfacio“, interpraetatur, satisfecerit pueris, si indicaverit hoc loco officium nec munus, ut officium consulis, nec opus aliquod, sed cultum illum, quem amicis

h) aus comodus. i) aus apellant.

debemus, significare. Deinde ac potius pietate annotabit hoc loquendi genus, quod per correctionem nominant et venustum et Ciceroni familiare, quoties sententiam augere instituit. Non enim cultu illo amicitiae ex aliorum sententia, Lentulo se satisfecisse asserit, sed cultu longe maiore, nempe illo, quem parentibus et his quos aequali cum parentibus observantia colimus, debemus. Mox: Caeteris satisfacio omnibus, cum apud Ciceronem non sit ullum cum satisfacio synonymum, nisi quod aliquando pro illo, quod debeo, solvo (ni fallor) in oratione collocat, non puto hic anxie inquirendum, quid hic afferri oporteat. Quare meo iudicio longe rectius fecerit, si indicaverit, quod venustius multo inter duo ista eiusdem casus nomina interseratur verbum, quam si verbum vel precedat vel subsequatur. Aiicere etiam licebit non perpetuo compositionem hanc servari, sed nunc dictionem unam interponi, ut hoc ad Atticum: Varro satis mihi facit; nunc duas ut: Satis officio meo factum esse arbitror; nunc plures, ut: mihi vero satsi superque istorum studiis videtur satisfactum. Sed eiuscemodi praeceptores ipsi facile animadvertere ac observare solent.

Haec adiecimus, ut indicaremus, quodnam diligentis in dictionibus enarrandis officium interpraetis existat. Hora una huic lectioni satis esse videtur. In hac autem classe Terentius prope totus ediscendus est, maxime autem insignes et illustres illae narrationes sermonisque formulae vulgares, quae cum nostro idiomate plaerunque consentiunt, neque patientur praeceptores, ut Germanicae linguae stribliginem[k]) Latinitati deinceps admisceant. Non enim satis est, quocunque Latine loquantur sed puris et Romanis,[1]) id est exquisitis verbis mentis sentenciam aperiant, hoc unum est, quod maximopere desideramus. Hic quoque scribendi exercitationibus uti incipiant, siquidem haec consuetudo ingenium incitat, memoriam acuit, facilem componendi viam efficit.

Dictet itaque magister gregi etiam syllabatim patria lingua epistolii argumentum, non qualecunque, sed facile et in quo Ciceronianae orationis formulae locum commodum habeant: quavis autem septimana, id bis minimum fieri debet. Tantum vero praeceptoribus temporis iis recognoscendis et emendandis impartiendum, ut nullius scriptum, quod recitet aut indicet, omittatur. Reddet enim hoc diligentes magis et scire multum refert, quibus in rebus vituperatione, quibus laude, digni sint.

---

k) aus stribiligimem. l) aus Rhomanis.

Tercia classis.

Cum fieri vix possit, ut ingenii promptitudo et alacritas consistat sine poetices et carminum rationis cognitione neque quenquam unquam progressus in literis fecisse meminimus, qui non fuerit eius artis peritus. In hac classe versuum componendorum artificium diligenter tradendum est. Non enim ad phrasin et stylum formandum haec res modo potest, sed ad rectam pronunciationem via est longe facillima et expeditissima.

Horam septimam huic studio nuncupamus. Sunt autem praeceptionibus exempla exquisita quidem adiungenda, qualia in heroico carmine Virgiliana sunt, quae propter versuum aequalitatem et dictionis puritatem proprietatemque primas in hoc genere tenent. Ibi quem putaverint Virgilio adiungundum, non videmus, quis Claudiano accommodatior esse possit.

Nam reliqui, qui Quintiliani tempore floruere ut Statius, Syllius, Valerius Flaccus, Persius, Iuvenalis, duriores sunt et minus proprii. Elegiam optime lusit Tibullus, deinde Propertius, Ovidius omnium est facillimus. Ex hiis loci aliquot insignes, ut qui ad mores formandos faciunt vel descriptiones illustres rerum aut personarum continent, deligendi. Lyricorum solus Horatius dignus, qui legatur. Epigrammatum vero author optimus Martialis, in quibus non aliter versandum ac de elegiographis censemus, hoc est, castissima et ad captum puerilem aptissima deligantur. Hendecasyllaba nemo elegantius rotundiusque Catullo tornavit, cui si abesset obscenitas, primas merito deferremus, adeo prope ad Ciceronem Latini sermonis proprietate accedit.

In poetis autem explicandis vis et structura verborum annotanda est, epithetorum aptus usus indicandus. Nam ut non quaevis vestis cuilibet personae convenit, ita nec epitheta quovis in loco gratiam habent. Qui solem aestate dixerit tepidum, in vere rapidum contra naturam syderis et temporis peccat, utrunque tamen eidem soli apud Virgilium attribuitur. Sed ista ab aliis copiose tractantur et nos aliud agimus alioque properamus. Hora deinde nona cum infima classe Terentiana lectio hisce communis erit, omnes enim authoriis huius comoediae[m]) discendae sunt, nec unus annus ad id satis esse videtur. A prandio Horatii artem, quae ad Pisonem scripta est, explicandam censemus, multum enim eruditionis, multum iudicii habet. Huic libello, quoniam brevius disci potest, authores figurarum, adiiciendi sunt, deligat autem praeceptor ad hanc rem,

m) aus comaediae.

quem putaverit appositissimum. Diomedes et Donatus satis aperte, Mosellanus satis copiose illas descripsere. Iam hora quarta epistolas Ciceronis, lectionem rursus utrique classi communem esse volumus, nam in quatuor tomos selectas has epistolas digessimus, ut sex menses singulis tomis destinari commode queant. In quavis autem hebdomada et carminis argumentum, nunc heroicum, nunc elegiacum, nunc Sapphicum, nunc aliud genus praescribendum idque ut diligentia, qua fieri possit, tractent omnes adnitendum. Dictandum item huic classi ad epistolam componendam argumentum, sed semel duntaxat, quod tali diligentia recitandum, quale in superiore classe significamus.

### Secunda classis.

In hac classe amplius aliquid audebunt pueri et veterum more ad rhetores ducendi, sed eo ordine, quem omnium artium constitutiones requirunt, nimirum ut rudimenta quaedam primum tradantur veluti principia, quibus utcunque imbui ab artis difficilibus praeceptis minime absterreantur. In hunc usum conscripta sunt a Graecis sophistis progymnasmata, ut quae Aphthonii nomine circumferuntur et a Rhodolpho Agricola Phrisio in Latinum sermonem sunt conversa. Extant et eiusdem argumenti Theonis cuiusdam copiosiora quidem illa et magis culta, nam quisquis hic fuit, commentarios, quos Numerianus in Aphthonium scripserat, suis adiecit. Hunc autem quia nuper pure et terse Ioan. Camerarius Latine reddidit, in hac classe servandum existimamus et ad praecepta Theonis singulis septimanis progymnasmaticum argumentum a pueris poscendum. Nihil enim de re quapiam dici potest, cuius exemplum in sophistis istis non extat, et utile fuerit in encomiastico reliquisque generibus ita pueros esse exercitatos, ut in corona sodalium aliquando dicere audeant, sic fiet ut ad declamationes, quas in sequenti et prima classe instituemus, longe sint et paratiores et confidentiores.

Praeceptor deliget ad hanc rem illos, quos ingenio, industria, diligentia viderit praestantes. Haec autem progymnasmata mane sunt docenda. Hora nona insignes illos de amicitia et senectute Ciceronis libellos diligenter tradendos censemus, ut praeceptis Theonis Latinitas et copia orationis sufficiatur. Quoniam autem in integrum annum ista Ciceronis opuscula non sufficiunt, interpraetandas vicissim orationes aliquot eiusdem authoris putamus, ut illam, quae pro Archia et de lege Manilia dicta est, item Catilinarias et quae sunt argumenti facilioris.

Horam vero, quae prandium sequitur, Graecae grammaticae tribuendum censemus, quam sane simplicissime doceri interest, hoc

est, uti nominum verborumque flexiones maxima diligentia inculcentur, nihil vere tantopere in hac arte urgendum est. Nam syntaxis fere tota cum Latinis est eadem et paucis, in quibus est variatio aliqua, tradi potest. Ad hanc rem utilissimus nostro iudicio Clenardus visus est, verum quia tota ea ratio tribus mensibus integre tradi potest, satis est, ut mediam horam praeceptis, reliquum authori alicui, ut Hesiodo aut Eurypidi aut Sophocli concedamus. Praecepta enim sine authorum exemplis memoria teneri aegre possunt.

**Zu 44f:** Ebenda, S. 110—112. 118. 119.

## 45.

# Der Wert der häuslichen Erziehung.

### Ein pädagogisches Flug- und Merkblatt aus dem Jahre 1579.

Dewyle in disser lesten grundtsuppe[1]) der bösen werlt de yunge yöget nicht alleine de, welcke mit der disciplyn vorsümet, sonder ock de in guder tucht unde dwange geholden, so dryste frech, modtwillich und ungehorsam wert, dat se schir nicht mehr noch van oldern noch van preceptorn in der schole kan regieret und institiueret werden, und dat also veele wedder alle vormodinge und thoversicht vorderven und thonichte werden, achte ick hoch nödich, eine gemeine vormaninge und bericht tho dhonde van den orsaken des grothen und averwindtliken schadens, den wy an unsen kindern (de na der seelen wolfart unse högeste gudt synt) bevinden, up dat de öldern dorch betrachtinge dersulven mögen ermanet werden, desto flytiger vor ere kindere thobeden und se mith nödiger disciplyn und lere tho vorsorgen.

Den ick sehe, dat veele uth einfoldt und unvorstande mith der disciplyn (de se etwan gahr underlaten edder nicht recht gebrucken) grothe orsake geven, dat ere kindere mißgeraden; densulven hape ick, schal disse vormaninge deinstlich, nütte und angeneme syn. De averst disse erinneringe nicht van nöden hebben, desulven werden se denn andern nicht mißgönnen und dith nicht anders, alse ydt gemeinet, düden und upnemen. Denn dewyle ick dechlick sehe und erfare, dat de vorderff veler kinder mehr den öldern alse den kindern kan und muth thogerekenet werden, hebbe ick sölckes nicht lenger ansehen können, sunder uth christlikem yver

---

**Zu 45:** Ein echristlike unde sehr nödige erinneringe van den orsaken deß grothen vordervens der yungen jöget, dardorch alle stende disser werldt geschwecket unde tho lest undergahn werden, gedahn an alle christlike oldere dorch einen wolmeinenden christen. Das ist der Titel des pädogogischen Flug- und Merkblattes: Rostock. Gedrücket dörch Augustin Ferber. Anno 1579. Seite 2 folgen 4 Sprüche aus: Sirach 16. Ps. 127. Ephes. 6. Sirach 30. Seite 3 beginnt der Text. 7 Blätter im ganzen. Der Verfasser ist unbekannt, s. Wiechmann-Hofmeister, Mecklenburgs altniedersächs. Literatur. II, S. 98 ff. Das einzige Exemplar dieser Schrift befindet sich in der Regierungsbibliothek zu Schwerin, Ob VII 370.

[1]) d. i. der Rest und hängt mit dem Aberglauben zusammen, daß 1600 die Welt untergehen würde (nach einer Erklärung des Geheimrats Dr. Grotefend zu Schwerin); übrigens hat auch Luther dies Wort.

und guder meninge disse gemeine erinneringe an frame öldern dohn willen. Godt de almechtige geve, dat ydt frucht schaffe und der yungen yöget thom besten gereeke.

De vorderff, underganck und unaverwindtlike schade, den die öldern an eren kindern sehen und erfaren, kümpt her erstlich van dem gerechten und törnigen gade im hemmel, darna van den öldern sülvest und van den kindern.

Dewyle godt gerecht und ein yverer ys aver de sünde, straffet he na der predige des gesettes exodi am XX. cap. de missedadt der öldern an den kindern beth int veerde leedt, also dat umme der sünde willen der öldern nicht alleine de kindere mißgeraden, sünder offte de gantze stamme und geslechte gestraffet, vordelget und uthgeradet werde. Wy hebben ein trurich und bedrövet exempel an unsen ersten oldern und am gantzen minschliken geslechte. Den do Adam und Eva einen appel wedder gades gebodt affgebraken und darvan gegeten hadden, müsten se nicht alleine uth dem paradyse vorstöt und allerley ungelücke underworpen syn, sünder dat gantze minschlike geslechte muth der straffe noch mith deelhafftich syn, do se müsten ansehen, dat sick ere eigene kindere ermordeden. Wo David an synen kindern umme synes ehebrocks willen, de frame Jonathas umme synes vaders ungehorsams willen und andere mehr gestraffet syndt, tügen de historien, und syndt nicht alleine biblische und heidensche historien solcker exempel vul, sünder de dagelike erfaringe stellet uns ock solcke hüpich vör, daruth wy sehen und leren möten, dat de mißradinge der kindere offte eine straffe der sünde sy, de godt na syner gödtliken gerechticheit und yver an öldern und nakämelingen straffet. Ein yder beflytiget sick synen kindern veele geldt und gudt tho erven, dat se nicht armodt lyden mögen. Averst men scholde veele mehr sick beflytigen eines godtseeligen und ehrbaren levendes, handels und wandels, also dat wy unsen kindern nicht gades torne und straffe erveden; men scholde gewisse gelöven, dat godt dat gude, darvan he ock den namen hefft, na ludt synen thosagen nicht wil und kan unbelohnet und dat böse na syner gerechticheit nicht kan ungestraffet laten. Dat were wol dath beste erve, dat wy unsen kindern nalaten konden, alse gades erkentenisse, hülde und seegen, und dat ys ock wedderumme de högeste und gröteste schade, den wy erlyden können, wen unse kindere mißgeraden und wen exempel des gödtliken torns ahn en uns vorgestellet werden. Darna leth godt ock de kindere und offte de, welcke in gudem dwange geholden und von yöget up wol instituieret unde ertagen werden,

und de van wysen, gelerden und vorstendigen öldern gebarn syndt, mißgeraden, dat he uns lere, dat wolgeradene kindere gades gaven syndt und nicht van dem blode noch van dem willen des fleisches noch van dem willen des manns gebaren syndt, unde dath wy se van gade bidden möten. Den ydt ys godt umme de ehre tho dhonde, de schöle und möte wy em nicht enthen und wegeren. De högeste ehre und deinst averst, de em kan betieget werden, ys, wen wy erkennen und bekennen, dat wy alles van em hebben, wen wy etwes van em bidden und em vor sine gnade und geschenkede güder und woldaden dancken. Darümme wen he süth, dat he syner ehren berovet wert, und dat wy gedencken, ydt sy natürlich, dat van framen ölderen frame kindere gebaren werden, dat van dem framen und godtsaligen manne Abraham de frame und godtsalige sön Jsaac gebaren ys, stellet he uns untellige exemple vor, dat ock böse und godtlose kindere van framen und godtsaligen öldern herkamen. Also gaff godt unsem ersten vader Adam einen godtlosen söne, den Cain, dem framen Noha den Cham, dem hilligen köninge und propheten David den Absolon, dem Ezechiae den affgödischen, godtlosen und tyrannischen Manasse und solcks darümme, dat he uns lere und betüge, dat de öldern ere framicheit, godtsalicheit, wyßheit, hillicheit unde andere gaven den kindern dorch de lyfflige gebordt nicht konnen mithdeelen, und dat ock alle sorge, disciplin und institution vorgeves ys, wo godt nicht syne gnade, seegen und hülpe dartho vorlenet. Ock leth godt de kindere sonderlick der yennen, de vor andern mith gaven und güdern begavet syndt, mißgeraden, up dat se den öldern demoedt predigen und ehn erinnern mögen, dat se solcke gaven und güder nicht van sick sulvest, sünder van gade hebben, und dat se desulven dorch de lyfflike gebordt eren kinders nicht erven konnen. Den godt kendt und weth unse swackheit und gebreeke wol, alse dat wy uns balde umme eines geringen dinges willen vorheven unn stoltzieren plegen und gedencken, dat unse vorstandt, unse wißheit, gaven und güder uns so eigen syn, dat se ock erfflich by unsen kindern blyven möten. Darümme ys de vader wyß, vorstendich und ryck gewesen, so maket godt den söne thom doren edder arm, dat he uns lere, dat solcke gaven lehngüder syndt, de godt vorlehnet, weme he will, und wy se uns und der lyffliken gebordt nicht thoschryven, sonder mit demoedt und in den früchten gades gebruken schölen.

Umme disser dryer orsaken willen leth godt na syner gödtliken gerechticheit und wißheit uns thor straffe, thor lere und thom

besten de kindere mißgeraden, also dat offte neen flyth, upsehent, institution und disciplyn helpet, sonder allene gude geduldt, boedtferdicheit und dat hillige gebedt, welcks by gade veele vormach und gewißlich erlanget, etwan dat men biddet edder etwes beters.

De öldern vorderven ock offte de kindere sülvest mith der disciplyn und inspection; den etlike geven sick so gantz und gahr op de arbeidt erer esschinge, up ere hußholdinge und averladen sick so mith hendeln und geschefften, dat se de nödige disciplyn und upsehent up ere kindere genßlick underlaten und meinen, wen se eren kindern veele geldes und gudes erven und nalaten, so syndt se genochsam vorsorget, und en könne denne nichts mangeln; under des laten se de sülven upwassen alse wilde strüke, ane tucht und lere; desülven wethen und glöven nicht, dat geldt und gudt allene middele syndt, dardorch eren kindern mith gehulpen werde. De middele averst können van sick sülvest nichts wercken edder uthrichten, sonder ein ander muth se in vorrichtinge syner wercke alse instrumente und media gebruken. Gelick alse eines tymmermanns exe ein dodt dinck ys und van sick sülvest nichts wercken und vorrichten kan, wo nicht de meister desülve in de handt nimmet und darmit syn werck vorrichtet; schal sülckes geschehen, so muth de timmermann thovörne ock geleret hebben und weten, wo he de exe bruken und darmit howen schöle. Also syndt rikedhom, geldt und gudt ock allene middele, dar dorch unse kindere können bevördert werden; averst se möten thovorne leren, wo se desülve bruken, erholden und vormehren schölen, und dewile de minsche van natur thom bösen und mössigange geneigt und van gade riches wet, möthen de kindere dorch harde, nödige und glickförmige disciplyn thom guden und sonderlich thor früchte gades wol gewennet und baven dat noch godt umme hülpe, seegen und bevorderinge flytich gebeden werden; den gades handt swevet allenthalven baven, und syn seegen maket alleine ryck, darna volget erst unse flyth, kunst und vermögen und lestlich de middele, ahne welcke ock godt wol kan bevordern und helpen. Hyruth ys lichtlick tho sehende, wo wyßlich desülven handeln, de sick mehr beflytigen, wo se veele geldt und gudt erwerven, alse wo se ere kindere in gades früchten ertehen und thor ehrbarheit gewennen mögen; gelick alse de yennen unwyßlick handeln, de der scho mehr alse der vöthe und der kleyder mehr alse des lyves geröken, also nerriß handeln ock de oldern, de mehr flyth einen grothen schat thosammeln, alse ere kindere wol tho ertehen ahnwenden; vele unwyßliker handeln noch de, welcke dorch unchrist-

like und vorbadene middele und wege ahne gades früchte und godtsalicheit eren kindern schette sammeln. Den dewyle godt na syner gerechticheit dat unrechte nicht leth ungestraffet, kan solck unrecht gudt und erve den kindern beth int veerde leedt nicht gedyen. Exemple gifft de dagelike erfaringe untellich. Dat beste averst und dat gröteste gudt ys dat, wen de kindere van yöget up wolertagen thor godtsalicheit und ehrbarheit gewennet werden. Dith ys ein ewich und unvorgencklick patrimonium, dat de oldern den kinderen nalaten und erven schölen, welcks en noch vür edder water noch deeve edder röver noch yennich ander ungelücke nemen kan.

Derwegen dewyle wy in disser werldt nicht darümme syn und leeven, dat wy hyr uns schölen ewige schette sammelen, sönder dat wy ewich im hemmel by gade leeven und mit unsen kindern und nakömelingen den hemmel vüllen mögen, schöle wy uns ock mehr beflytigen sölcke schette tho sammelen, de unvorgencklich synt, und de wy mit in den hemmel nemen und darmit wy uns in ewicheit belüstigen können, alse de nichtigen vorgenckliken und unbestendigen güder, de uns thor ewigen und der seelen wolfarth mehr schaden alse baten. Darna vorderven ock de oldern ere kindere mith der institution, wen se desülven nicht weten edder van andern laten recht instituiern, befehlen se ock nicht vorstendigen, gelerden, erfarenen und trüwen praeceptorn; den desülvest nichts wet und ein dohr ys, kan einen andern nicht wyß unn gelert maken; geven und vorgönnen ock dem praeceptori nicht vullenkamene macht, de yöget tho tüchtigen unde regeren. Wen de praeceptor wil vorwarts, so wil de vader edder yo de moder tho rügge, unde wen de yöget vormarcket, dat ein van den dren wanckelt und sönderlick ein van den oldern und mit dem praeceptore nicht averein stimmet, so kan by der yöget nichts edder yo weinich geschaffet werden, sönderlick by den, de van natur wedderspenstich und böse syndt, gelick alse ein wage nicht alleine nicht vortkümpt, wen de perde darvor nicht eindrechtich tehen, sönder dat eine wil vorwarts, dat ander tho rügge, dat drüdde thor syden uth, also ys der yöget nichts schedtlikers, alse wen de oldern dem praeceptori thoweddern synt und nicht trüwlick helpen willen.

Wen einer synen söne thom handtwercke vordinget, so avergifft he en dem meister, also dat he nicht macht hefft in den lehryaren, densülven tho synen geschefften thobruken, muth ock lyden, dat en de meister tüchtiget, straffet und na synem gefalle informieret und regieret. Averst wen de oldern ere kinder in de

schole dohn, dar de högesten, nödigesten und sweresten künste tho lerende synt, so befehlen se en wol dem scholemeister, averst de meiste macht dem kinde thogebeden beholden se vor sick, also dat ere söneken so vaken unde tho der tydt in de schole gha, alse se willen, und nicht alse de scholemeister wil, alse ydt vannöden doth, nemen underwylen en etlike dage van den studiis und bruken tho andern arbeyde und schefften. Wen averst disse dre, vader, moder und praeceptor einich synt und mit der yöget gelick trüwlick meinen, so können se nicht alleine mit der lere an dersülven veele schaffen, sönder ock mit der disciplyn, so verne de natur nicht gar distorta und düvels ys, und wo godt nicht sönderlich straffen wil. Den Ptolomaeus, de vornemeste astronomus, secht in synem centiloquiis, dat de disciplyn der natur averlegen sy, desülve underholden und vast endern könne. Ein hundt edder sonst ein wylt deer kan getemmet werden und etwes van minschen leren, wo veele mögeliker ys sölckes einem vornünfftigem minschen, de vornüfftigen orsaken und reden kan byvallen, sönderlich wen bescheidentlick und vornüfftich mit em wert ummegegan.

Darümme so de oldern ere kindere sülvest nicht weten effte können instituieren und leren, so befehlen se desülven andern und sehen nicht alleine flytich tho, dat se wol und trüwlich mögen instituieret werden, sönder hindern ock de dysciplyn nicht, ane welcke by der yöget nichts edder yo weinigken geschaffet werden, unde bedencken darby, wo se ydt im hemmel können vorantwerden; wen dorch ere vorsümelike inspection und unardige edder untydige leve de kindere so vorderven, dat se beyde am tydtliken und ewigen gude schaden lyden möten und ewich vordömet werden.

Lestlich geven de oldern orsake thom vorderve der kinder, wen se desülven lichtverdich, uppich und unmetich kleiden mehr, alse en na erem stande und gelegenheit geböret; den dat kleidt maket den moedt und vorendert dat gemöte, syn gebeerde und seede, alse beyde an kleinen kindern und an olden tho sehende ys. Ein hingst modet und pralet veele mehr, wen he gesmücket und getömet ys, alse wen ydt vor dem wagen geith ane smück und zyradt.

Wol averst einen hogen moedt hefft und sick bedüncken leth, he sy wyß genoch, treth ock herin in syden und sammit, de kan nicht stedich, stille und flytich syn im studerende; den wo scholde men dem yennen etwes leren und geven, deme in synem sinne nichts mangelt, wo scholde de by den bökeren und scarteken stille und lange sitten, deme de moedt und syn in der lucht und baven

uth swevet, und de ock schöne uppige und lichtverdige kleider hebben! De willen ock by schönen lüden und by eres geliken syn, by welcken se mehr undöget alse tucht und erbarheit leren; und wen wy bedencken willen, tho welckem ende uns de kleidinge gegeven, so möge wy uns dersülven wol billich mehr schemen, alse fröuwen edder damit vorheven. Do Adam dat kleidt der unschuldt vorlaren hadde und naket herin ginck, makede em godt einen rock van schapfellen, dat he syne schaembde bedeckede. Darümme wen wy einen rock ansehen edder antehen, scholde wy uns billich schemen unser schande, unses falß und blodtheit. Averst des wy uns billich schemen scholden, darmit vorheve wy uns und stoltzieren; wen einer (de vam galgen gelöset were) wolde mith dem stricke, dat he thor antöginge syner dadt unde thom ewigen spotte am halse dragen müste, pralen und datsülve ydermanne wysen, desülve würde yo billich van wysen lüden bespottet unde vorlachet werden.

Mit olden lüden, de eines bestendigen gemöthes syndt und sick in der kleidinge nicht lichtlich vorheven, hefft ydt eine andere gelegenheit; desülven mögen sick, doch ein yder na syner mathe und stande kleiden; dath men averst de yunge yöget, de doch sonst lichtverdich, unbestendich und doerhafftich ys, althoüppich kleidet, ys dersülven högeste vorderff und den oldern nicht althorömlick; den dat kleidt maket den kindern ein lichtverdich, uppich, trotzich und averböstlich gemöte, und ane dat kan nemandt weten, wo syne kindere geraden, und wat godt van einem ydern maken möchte.

Maria singet in erem gesange[2]): Godt wedderstrevet den hoverdigen, und den demödigen gifft he gnade; alse wolde se seggen, so sehre alse de hoverdigen in de höge willen, so sehre drücket godt mit syner swaren handt nedder, und wen desülven kindere tho sölcken lüden nicht gedyen wörden, alse mit der kleidinge gemeinet, so were ydt yo beyde, den oldern und den kindern, schimplich.

Derwegen dewyle de unmetinge kleidinge den kindern tho nenem dinge bevörderlick ys, sönder im studerende sönderlick hinderlich und schedlich und gereket en thom vorderve, scholde men yo beide sines geldes und siner kinder schonen; also vorderven de oldern ere eigene kindere mit dissen dren stücken, mit der disciplyn, institution und kleidinge.

---

[2]) Luc. 1, 46 ff.

De kindere lestlich latent an sick ock nicht mangelen und sönderlick, wen se sehen, dat se hoges standes und rick syn edder vorandern mit sönderliken gaven, alse mit gudem vorstande und memoria begavet, vorlaten se sick darup und vorachten alle disciplyn, tucht und lere, den sie gedencken, dat se ydt nicht vannöden hebben, mit studerende sick sehr und groth bemögen, dewyle se sönst underholt hebben, und gedyen also de groten güder, de ehre oldern mit groter sorge und arbeide hebben tho samende gekrasset, en thom vorderve und undergange. Edder hebben se wat mehr vorstandes und gaven vor andern, vorlaten se sick updesülven, und dewyle se in einer stunde mehr alse ein ander in twen effte mehr stunden kan schaffen, vorschuven se ydt van einer tydt tho der andern beth so lange, dat nichts darvan wert.

Dith hebbe ick uth christlikem yver und wolmeinende van den orsaken des groten vorderves und des unaverwindtliken schadens an der yöget, den man mit süfften offte ansehen und erfaren muth, erinneren willen, biddende, christlike olderen wollen ydt tho herten nemen und dat högeste gudt, alse de leven unschüldigen kindere, so vorstan, regieren und kleiden, dat se nicht alleine hyr up erden, sünder ock im hemmel ewich ehre lust und fröwde an en sehen, hebben unn erfaren mögen. Dat vorlene und geve de barmherticheit und getrüwe godt und erbarme sick aver unse swackheit und doerheit gnedichlick. Amen.

---

## 46.

# Die Einführung einer neuen Schulordnung an der Domschule zu Güstrow durch Herzog Ulrich.

Güstrow. 13. Mai 1580.

U. g. g. z. Wirdige, hoch undt wolgelarte, liber andechtiger und getreue.[1]) Nach dem wir aus uberschickter relation unser zur

**Zu 46:** Nach dem Abdruck bei Raspe, Einladung zur Jubelfeier etc. S. 38. 39, dann mit dem von mir im Superintendenturarchive zu Güstrow aufgefundenen Original verglichen. Die Schulordnung selbst suchte schon Raspe vergebens, und es bleibt auffällig, daß sich keine Spur derselben in den Archiven findet. Dies erklärt sich vielleicht dadurch, daß die Ordnung schon 1602 durch eine neue ersetzt wurde.

[1]) Das Mandat ist an den Superintendenten M. Andreas Celichius, den Geheimrat D. M. Bolfragius und D. Esa. Hoffmann gerichtet; s. Raspe l. c. S. 38.

schulen alhir zu Güstrov verordneten visitatorn befunden, das von wegen allerhandt in derselben befundene mengell einer sonderlichen neuen schul [or]denunge vonnoten sey, in welcher ausdrucklich und clerlich verordnet, wie undt welcher gestaltt es hinfürder sowol mit den lectionibus alß auch mit ordnungen der stunden, information und disciplin solle gehalten werden, sich auch sowol die praeceptores alß die discipuli sambt undt sonder darnach zu achten und richten haben mochten, so haben wir demnach auß christlicher und furstlicher fürsorge, die wir fur die libe zarte jugent haben, darmit sie recht, wol und fleißig sowol ihn dem reinen wortte gottes alß auch ahndern freyen kunsten mogen auferzogen werden, haben und tragen, eine gewisse summarische constitution und ordnung, wie es hinfurder in unserer schulen alhie solle gehalten werden, zusammen bringen und fassen lassen.[2]) Wollen demnach und befehlen euch hir mit gnedig, das ihr dieselb nicht allein aus unserer hoffcantzley zu euch nemet, sondern von ihr das ministerium, den rectorem und ahndere schuldiner für euch bescheiden, in jegenwartt der knaben inen solche unsere schulordnung ubergebet und darneben ahn unser stat ahnzeiget, das wir solche ordnungen in allen ihren puncten und articuln von inen sembtlichen und einem idern insonderheit entlich und ernstlich wollen gehalten haben, sie auch alß die praeceptores darneben vermanet, dieweill dise ordnung der zarten jugent zum besten gemachet und dardurch derselben vil gutes und nutzliches wirtt geschaffet werden, sintemal ahn rechtschafner fleißigen auferzihung und underrichtung der zarten liben kinderlein vil und merglich gelegen, das sie auch fur sich derselben sich gemes verhalten, dardurch irem ambt und beruff genug zu thuen, auch sonsten der liben jugent ein gutt exempell dardurch zu geben. Wie wir dan auch wollen, das ihr die knaben imgleichen auch zu geburlichem fleis, gottesfurcht, tugent und ahnderer erbarkeit, auch gehorsam gegen ihre praeceptores ermanet. Ahn diesem allen thutt ihr unssern gnedigen willen in gnaden zu erkennen. Gustrov, den 13. may ao 80.

[2]) Als Vorlage der Schulordnung dienten „Ordnungen churfürstens Augusti zu Sachsen, wie es in dero landen bei denen kirchen ... universitäten ... fürsten- und particularschulen ... gehalten werden solle", welche 1580 erschienen; s. Vormbaum, Die ev. Schulordnungen I, S. 230 ff; Raspe, l. c. S. 40.

# 47.

# Ordnung der Beischulen in Wismar.

[c. 1580].

I.

Niemand soll sich unterstehen, einige kleine knaben oder mettken zu lehren, ohne sonderliche erlobnus des rats.[1])

II.

Diejennen, den es erlobet ist, sollen die kleinen knaben und mettkens ihm gebede, gottes furcht undt aller dugent mit flite holden und vormahnen.

III.

Wan eine von denselben in der kercken den catechismum aufsecht, sollen die mesterinnen keine gasterei holden, noch deswegen von den oldern etwas fordern oder annehmen.[2])

IV.

Soll ihnen erlobet sein, den sommer uber twei mahl und nicht mehr int grone gan, eins uff pantaleon[3]) und eins in den mey. Wehr hirwedder handelt, soll durch die richtehern vorgefordert und ernstlich gestrafft werden.

---

# 48.

# Die Neueinrichtung der Rostocker Schule durch Nathan Chyträus.

a.

## Der Professor und Schulrektor Nathan Chyträus richtet die Rostocker Schule im Geiste Sturms und Fabricius' ein.

[Rostock 1580.]

Cum ecclesiarum et rerumpublicarum omnium salus et felicitas consistat in recta iuventutis educatione et puerili disciplina, non

---

**Zu 47:** Bruchstück eines Konzeptes im Ratsarchiv zu Wismar mit der Überschrift: Articul, wornach sich diejennen, so in den beischuhlen die kleinen knaben und mettkens lehren, richten sollen.

[1]) Am 17. März 1579 hatte der Rektor eine Beschwerde wider die Beischulen eingereicht; er zählte 9 auf. S. Schröder, Kirchenhistorie III, S. 530

[2]) Ein Hinweis auf die Konfirmation als bestehenden kirchlichen Akt.

[3]) d. i. am 28. Juli.

**Zu 48a:** Aus „Ludi literarii ab amplissimo senatu Rostochiensi in civium suorum utilitatem nuper aperti sciagraphia Nathanis Chytraei rectoris": De

immerito omnes, quibus earum cura divinitus commissa est, sollicite hoc potissimum agere debent, ut iuventus, quae paulo post novum quoddam civitatis corpus futura est, quam rectissime instituatur, atque ideo inprimis in hoc incumbere, ut scholae illae inferiores, quae primae veluti officinae sunt virtutum et eruditionis verae ac salutaris, quam accuratissime constituantur et conserventur. Laudandum est igitur amplissimi et prudentissimi senatus Rostochiensis utilissimum hoc toti reipublicae institutum, quo impulsi de re tam pia tamque necessaria serio iam deliberare certique aliquid constituere et effectum dare decreverunt; idque ut felix et utile huic ecclesiae et reipublicae sit, vere ex animo opto. Meum de re tam ardua non ita pridem requisitum consilium hoc est, consentaneum quidem nobilissimarum in Germania scholarum maxime Sturmianae et Fabricianae constitutioni, quod tamen aliorum vere eruditorum et recte haec intelligentium censurae libenter subiicio.

b.

## Die Einrichtung der Schule zu Rostock.

Rostock 1580.

### [I.] De classibus.

Et consentiens omnium eruditorum iudicium et quotidiana experientia testantur, quae temere, confuse et sine certo ordine fiunt,

---

schola puerili recte aperienda ad s. p. q. Rostochiensem consilium Nathanis Chytraei, und zwar die erste Hälfte des Prooemium, Bogen $B_1$. Diese Schrift des Chyträus ist nur noch in einem Exemplare in der Regierungsbibliothek zu Schwerin vorhanden, nach welchem Timm, Rostocker Schulschrift. 1882. S. 1—38 einen Abdruck herstellte. Ich benutzte ersteres.

**Zu 48b:** Ludi literarii usw. von Chyträus (s. o.) Bogen $B_2$—$D_1$. Am Schlusse heißt es: Haec ferme sunt ea, quae ad novae scholae constitutionem ratione institutionis et exercitiorum quotidianorum pertinere videbantur. Quae omnia cum amplissimi huius reipublicae consules et senatores adhibitis quoque in consilium theologis et professoribus nonnullis, qui tantam rem intelligere videbantur, unanimi consensu comprobassent, tandem etiam pro singulari sua prudentia alia quaedam ad regimen scholasticum et officia praeceptorum, cantorum, paedagogorum et discipulorum pertinentia prioribus istis coniungere eaque sua auctoritate voluerunt confirmare. Non enim ignorant ad parentum domesticam disciplinam gravem et honestam praeceptorumque assiduam in scholis diligentiam et industriam necessario magistratus quoque auctoritatem accedere debere, cuius reverentia tam praeceptores quam discipuli in officio contineantur et negligentes aut contumaces legitimis modis emendentur aut coerceantur. Ea igitur, quae sequuntur, tanquam legum vim habentia hoc modo constitui, sanciri et deinceps observari volunt — der Nachsatz leitet zu den Schulgesetzen über.

ea recte fieri nequaquam posse. Utile igitur et plane necessarium fuerit universam discentium multitudinem in ordines seu classes certas distinguere, ita ut earum singulae suum peculiarem et a caeteris seiunctum locum suumque peculiarem magistrum habeant. Quantum enim puerorum diversi profectus inter se confusio et magistrorum diversimode docentium varietas incommodi et impedimenti afferat, res ipsa cum non exiguo iuventutis nostrae detrimento loquitur. Illos autem ipsos magistros summo cum iudicio nulla vel privatae amiciciae vel gratiae vel cognationis ratione habita oculis tantum in publicam utilitatem defixis et quidem a scholae rectore magistratui nominatos eligere oportebit iisque eiusmodi stipendia assignare, quibus se et familiam etiam honeste alere atque ita continuare aliquot annos suum officium possint, ne singulis mensibus novos pueri praeceptores nanciscantur, quam ipsam docentium crebram mutionem, cumprimis iuventuti bonis literis imbuendae noxiam esse, nemo ex prudentibus est, qui non intelligat.

Rationem autem et conditionem huius urbis et iuventutis considerantibus videtur universus discentium coetus non incommode distribui posse in ordines seu classes quinque, quarum quidem conclavia ita aedificari possunt, ut duo plane coniuncta tabulato intermedio separentur, cui extremo contingua sit fornacula una utrumque hypocaustum eadem opera calefaciens. Ipsae autem classes ratione mensarum in suas decurias distingui solent, e quibus singuli decuriones tamque animadversores morum officiorumque exactores deliguntur.

### Infima seu quinta classis.

Postremus hic seu quintus ordo sit puerorum tam tenerorum quam etiam grandiusculorum, qui a parentibus in scholam deducuntur, non ut maiores in literis progressus faciant, sed ut Germanica legendi et scribendi ratione una cum arithmeticae elementis mediocriter cognitis aliis vitae generibus paulo post adhibeantur. Hi igitur simul ad catechismum cum explicatione Lutheri memoriae infigendum compellantur et in cantu ecclesiastico viliorumque funerum deductionibus superiorum classium vices subeant.

### Quarta classis.

Proximus ordo, id est quartus, contineat pueros tyrunculos et novicos sex aut septem annos natos et nunc primum e sinu materno in ludum deductos et Latinis Graecisque literis a parentibus destinatos. Hi notas literarum agnoscere, syllabas coniungere litera-

rumque characteres utcunque pingere discant. Elementa item doctrinae christianae nuda cum precibus usitatis insignibusque aliquot, sed tamen paucis sacrae scripturae dictis et rerum vocabulis puerili intellectui quotidie obviis recitatione in dies singulos clara voce iterata memoriae pedetentim infigant et quidem tantisper in hac classe detineantur, donec sine titubatione legere et literas ducere mediocriter possint. Quare quidem ipsa eleganter scribendi ratio in proximis classibus accurate erit perpolienda. Proderit autem, si dum legendi rationem discunt, in manibus habebunt eos libellos, quos postea integros memoriae infigere oportebit, nimirum declinationum et coniugationum formulas. Ita enim futurum est, ut quasi aliud agentes isto alias molestissimo labore multo quam vulgo fit, citius faciliusque defungantur. Ne autem in ipso quasi educationis puerilis limine impingamus, requirimus in quolibet et huius inprimis classis magistro, ut minime sit cerebrosus aut plagosus, sed qui singulari quadam benevolentia cum paterna gravitate coniuncta tractet pueros magisque eos promissis collaudationibus, praemiolis, concertationibus et poenis moderatis excitet quam perpetua torvitate, iurgiis, clamoribus et verberibus importunis odio scholae et literarum, quas nondum possunt ipsarum causa deligere, inficiat eosque quasi gemmantes ante florem enatum crudelitate sua suffocet. Quis autem ita est durus et rerum omnium ignarus, qui, quae cum commodo et voluptate aliqua aetati tenerae sensim instillari possunt, ea summo cum labore, molestia et odio eidem cupiat inculcare. Idem pro viribus sedulo operam dabit, ut vitia linguae puerilis, dum flecti sine negocio potest, corrigat et vocem ad sonum elegantem, in quo nihil horridum, nihil hiulcum, nihil agreste, nihil putidum sit, informet. Quod fiet, si literas neque nimis expressas neque etiam neg ligentius oppressas et obscuratas pronuncient; si item verba neque exiliter nimis exanimata neque gravius et asperius inflata et anhelata, sed cum quadam moderatione neque languida neque etiam nimis canora leniter efferant. Quia etiam maxima huius classis frequentia videtur esse futura, ut universis et singulis satisfieri possit, duos praeceptores, alterum seniorem, alterum, si alius ex sententia haberi non possit, iuniorem ei praeficere oporteret.

### Tertia classis.

Tertius ordo eorum sit, qui sine titubatione legere iam didicerunt quique catechismum Lutheri cum explicatione Germanica et nominum verborumque inflexiones ex Donato, qui hic nuper ex Siberi libello scholastico editus est, deinceps memoriae sunt man-

daturi. In quibus equidem ita exerceri debebunt, ut etiam exercitatissimis sint promptiores. Id autem fiet, si post cognita et memoriae infixa usitata Donati paradigmata singulis horis, quibus exercentur, ad eandem analogiam unum aliquod nomen et verbum cum Germanica interpretatione iubebuntur variare. Quod sane perpetuum in hac classe esse oportebit. Idem quoque paulatim partes orationis internoscere discant, quarum exempla ut habeant, simul eis proponantur dialogi facillimi et brevissimi ex libris colloquiorum scholasticorum Maturini Corderii selecti, quos primo discant intelligere et Germanicis verbis interpretari. Quo facto ordine singula eius verba secundum partes orationis examinentur et per decurias ordine inflectantur. Iisdem, ubi hac in parte satis videbuntur exercitati, praeceptor ex eodem Donati libro proponat praecepta etymologiae et instante iam annuarum progressionum tempore subiungat viginti illas eidem Donato eo consilio additas regulas syntaxis maxime communes et necessarias usui quotidiano, ut ita paulatim ex colloquiis auditis modos loquendi agnoscere, constructionis rationes aliquo modo rudi tamen Minerva videre et ad Latine loquendum sese discant praeparare. In quem ipsum usum non solum rerum vocabula ex nomenclatore vel Iunii vel Theophili Golii, verum etiam praecipuorum et in quotidiano convictu maxime usitatorum verborum significationes et familiares loquendi formulas proprias et Latinas (cuiusmodi sunt illae Corderii in colloquiis scholasticis et nonnullae etiam a Camerario olim editae) certo et non magno numero quotidie pueris proponet, ut ita Germanae Latini sermonis puritati a teneris assuefiant nec barbaris quibusdam et ineptis loquendi modis assuefacti eosdem postea dediscere, quod fere fit, nunquam aut certe admodum difficulter possint. Pari enim opera et labore licet fructu admodum dissimili ad probatam et laudabilem aut etiam ad inquinatam et barbaram loquendi rationem puer pervenerit. Interdum etiam distichon aliquod, sed breve et casti alicuius poetae huius ordinis pueris explicabitur. Qualia sunt ea, que Catonis titulo circumferuntur, item disticha arguta et singularia eum in usum a Fabricio et Sibero quondam collecta et edita. Id autem ideo faciendum existimamus, ut quamvis consuetudine magis quam ratione, tamen versus modulari et inter initia studiorum numerosum illud et concinum in poetis observare et admirari discant, ornamentum postea sermonibus scriptis et toti vitae futurum. Idem ordo singulis diebus unam horam in literis eleganter pingendis consumet et a magistro huius artis in schola monstrata domi dili-

genter recognoscet et accurata imitatione exprimet. Et ut scire possit praeceptor, an revera id faciat, iubebit eum singulis, in quibus scribendi rationem exercet, paginis septimanae diem praescribere. Ita enim quos hac in parte sedulos, quos negligentes habeat, videre et pro merito utrosque poterit tractare. Musicae quoque exercitium hic non negligetur. Ea vero, quae in hac classe traduntur, uno anno perdiscere posse puerum ingeniosum nobis persuademus, aut si etiam semestre illi accedat, id non pessime collocatum arbitramur, modo ea, quae hic traduntur, fideliter et exacte cognoscat.

### Secunda classis.

Huius classis pueris ordine proponatur et explicetur grammatica secundum tres priores partes, orthographiam, etymologiam et syntaxin, idque quam fieri potest brevissime et maxime perspicue sine ullo novarum praeceptionum coacervatione. Cupio autem in hac schola perpetuo retineri grammaticam Philippi Melanthonis, sicuti captui puerorum accommodata iam pridem usurpata est in scholis quibusdam non ignobilibus et ante aliquot annos hic etiam praelo subiecta et in prioribus ludis aliquamdiu non inutiliter tradita est. Ea enim licet quaternionibus tota absolvatur, tamen integram artem, quantum quidem puero opus est, ita dilucide pleneque complectitur, ut in ea nihil magnopere posse desiderari videatur. Id quod omnes intelligentes ubi viderint, nobiscum dicturos esse non dubitamus. Ut autem praeceptorum exempla suppetant, praelegantur huic ordini epistulae Ciceronis a Sturmio eum in usum in librum primum et secundum digestae, utpote breves et faciles et huic aetati maxime accommodatae, item versiculi mimographi et alia disticha sententiosa in eum finem unum in libellum congesta. His praelectis et recte intellectis eadem aut multo etiam quam in tertia classe accuratior singulas partes examinandi dissolvendique ratio adhibeatur. Exercitia quoque scribendi ex iis ipsis, quos audiunt, libris brevissima et lingua vernacula huius classis pueris proponantur, et modi loquendi, quibus in scribendo uti debeant, initio illis indicentur, donec paulatim ipsi sine cortice nare assuescant. Quod ut citius et facilius fiat, iubebuntur singulis septimanis suo Marte unum ex colloquiis scholasticis Corderii dialogum in Germanicum sermonem convertere eumque cum altero exercitio praeceptori exhibere. Imo proderit assuefacere pueros, ut insignem illum colloquiorum librum domestica lectione et relectione accurate et integre evolvant sibique quam familiarissime notum faciant, qua ipsa in re paedagogos quoque eorum qui opulentiores sunt, plurimum laborare

oportebit. Et classici etiam praeceptores data oportunitate eum percurrendo integrum explicare non gravabuntur.

Mores quoque huius ordinis accurate formandi eidemque initia Graecae linguae, maxime declinationum et coniugationum paradigmata paulatim erunt instillanda, ita ut Grecis evangeliis primo legendi pronunciandique rationem animadvertat, deinde etiam exempla nominibus et verbis inflectendis accommodata ex iisdem desumat. Hic etiam puer ingenuus exercitium eleganter pingendi literas Latinas non praetermittet simulque Graecas quoque venuste repraesentare addiscet et cum primanis et tertianis in musica suo tempore exercebitur. Tam diu autem in hac classe detinendus erit puer, donec congrue et dilucide Latine scribat animique sensa tolerabiliter efferat et paradigmata Graecae grammaticae ad unguem teneat. Quod deo iuvante intra biennium fieri posse arbitramur. De stupidis enim et stivae magis quam scholae aptis, item de negligentibus et ludum raro frequentantibus aut etiam contumacibus et rebellibus hic non loquimur.

### Prima classis.

Quando iam in superioribus classibus congrue Latine loquendi et scribendi facultatem puer erit consecutus, tum vero constituto annuarum progressionum tempore in primam classem transferetur. In qua hoc potissimum agent praeceptores, ut sermoni grammatico etiam ornatus aliquis et elegantia concilietur. Ideoque magna ex parte occupati erunt in optimis Latinae et Graecae linguae auctoribus explicandis. Ex Latinis audiant iam epistolas at Atticum, iam libellum Ciceronis de amicitia vel de senectute, quibus accedat Terentius, odae et epistolae Horatii insigniores, elegiae castiores Tibulli et aliorum quoque poetarum loci maxime insignes. Ex historicis vel Sallustium vel etiam Aemilium Probum paulatim cognoscant. In hac quoque classe quarta pars grammaticae, nimirum prosodia reliquis adiiciatur et ratio metiendorum scribendorumque carminum pueris ostendatur. Perficiatur item studium grammaticae Graecae et ex auctoribus Graecis explicentur primo faciliores. In quibus sunt Graecae epistolae breviores eumque in usum ex toto volumine colligendae: Isocratis oratio ad Demonicum, item Pythagorae, Phocylidis et aliae iis adiunctae gnomae, ad quas praecepta grammaticae erunt examinanda. His suo tempore et prout diu in hac classe detineri se patientur, adiici poterit Plutus Aristophanis, Theognis, Phoenissae Euripidis, e quibus in pleniorem tam prosae quam poeticae orationis Graecae possessionem introducantur. Et

quia propositis materiis diversarum scriptionum maiore cum cura et diligentia stylus hic est exercendus, quo eum de praeceptis rhetorum formare consuescant, isagoge aliqua rhetorices, quae huic instituto accommodatissima videbitur, item progymnasmata vel Hermogenis vel Aphthonii simplicissime et ad captum adolescentulorum maxime apposite illis proponantur et ex eorum praescripto in partibus illis tractandis et expoliendis exerceantur. Et si discipuli constantes et his lectionibus idonei sint, ex aureolo Demetrii Phalerei de elocutione libello doctrina de periodis et de formis seu characteribus orationis diversis, item de natura et usu figurarum rhetoricarum precepta succincta brevitate illis explicentur nec praetereantur initia arithmetices. Postremo omnium ex plurimis pauca praecepta dialecticae, quorum maximus et quotidianus in vita usus est, illis ex erotematis Philippi in compendium redacta tradantur, ut categoremata, discrimina propositionum, schemata argumentandi, modi vitiosa argumenta dissolvendi, moneanturque talem artem dialecticam esse, quae hac aetate et hoc loco integra tradi, intelligi et disci non possit, ideoque eam scholis regiis reservandam esse. Diebus etiam sabbati et festis plenior doctrinae christianae cognitio ex catechesi D. Davidis illis instilletur et si tempus suppetat, libellus Fabricii de viris illustribus, qui quasi bibliorum compendium est, item psalmi aliquot ex Bucanano illis praelegantur. Atque ut verae de rebus optimis sententiae teneris illorum mentibus instillentur et mores quoque efficiantur politiores, non inutile puto, si pro tempore Ludovici Vivis introductio ad sapientiam, item Galateus Io. Casae de honestate et elegantia morum subinde illis proponantur. Atque his quidem septis quasi ac terminis totum puerilium studiorum curriculum includatur; caetera sublimiora et difficiliora quae sunt, in academias vel nostram vel alias reiiciantur, in quas, si triennium diligentes hic fuerint, non sine honore et fructu suo poterunt ablegari. Quod si in tempore, nimirum annos nati septem, pueri nobis commendentur et praeceptores quoque contingant industrii et laborum scholasticorum non impatientes, metam hanc deo iuvante attingere poterunt anno aetatis decimo quarto, quinto aut sexto, nisi aut ingenio aut omni cura et diligentia omnino destituantur aut parentes et paedagogi inepti ipsi eos nobis invitis remorentur et corrumpant suove tempore exercitiis scholasticis interesse non sinant.

### [II.] De docendi ratione.

Cum in scholis his inferioribus hoc praecipue a praeceptoribus requiratur, ut pueros quam maxime pios et bene moratos efficiant

eosdemque ad facultatem congruae et purae orationis Latinae et Graecae linguae mediocrem intelligentiam perducant, hos ipsos fines praeceptor perpetuo in conspectu habeat et ad eos omnes labores suos dirigat. Pedetentim igitur et per certos gradus hoc ipsum agat et meminerit, sicuti in vasa angustiora liquores, ita bonas literas in animos puerorum sensim instillari oportere tradendo primum faciliora iisque perceptis paulatim ad difficiliora progrediendo. Nam omnia uno in loco docere, omnia sine discrimine et modo infantiae balbutienti obtrudere et inculcare et in schola puerili professorem seu oratorem potius quam ludimagistrum agere pueritiae perniciosissimum est. Vitet igitur prolixitatem et exempla praeceptorum, maxime syntaxeos, lingua potius vernacula quam Latina pueris certo numero inter explicandum dictet et ad ea ex regularum prescripto Latine convertenda et plura etiam suo Marte colligenda eosdem assuefaciat perpetuo memor illius Horatiani[1]):

Quicquid praecipies, esto brevis, ut cito dicta
Percipiant animi dociles teneantque fideles.

Eundem, quod supra quoque monui, minime oportet esse plagosum, gravem tamen et quem pueri minime contemnant, sed ex animo vereantur. Is si quos in suo officio segnes et somnolentos esse videat, in hos alios diligentiores concitet, ut certent inter se de loco. Nonnunquam etiam, si quos in crassa et supina negligentia, oblivione aut ignorantia deprehendet, ex decuriis aut classibus inferioribus aliquem accersi iubebit, quem commodius ad interrogata existimet posse respondere. Id enim si fiet et prior ille, si quid in eo bone est indolis, deinceps erit diligentior, hic vero ad metam propositam citius assequendam quasi calcaribus equo generoso adhibitis exstimulabitur. Si vero quem omnino stupidum aut etiam refractarium esse animadvertet, eum quod viri boni est, parentibus candide indicabit et ut alteri eum vitae generi in tempore adhibeant, monebit.

### [III.] Quot horis et quibus sit praelegendum.

Quinque horae abunde sufficere videntur ad quotidianam trium superiorum classium institutionem. Noviciis autem et tyrunculis, quibus alias mitiores esse voluissemus propter classis huius frequentiam, tum etiam ob commodiorem et pleniorem in ratione legendi, quae repetitionis assiduitatem quotidianam requirit, informationem, necessario videntur assignari debere horae quaternae, ita ut ante

[1]) Horaz, Ars poet. 335.

meridiem ientaculo prius domi sumpto veniant hora octava, dimittantur decima. Post prandium redeant prima, abeant tertia, idque eodem modo tam hieme quam aestate. Reliquarum classium discipuli ludum petant hora VII. praemissoque hymno sacra et recitatis precibus doceantur usque ad octavam, qua ipsa ut spacium habeant ad repetendum, nihil praelegant praeceptores, sed assuefaciant pueros, ut audita ipsi inter se recognoscant et ut singulae decuriae suis decurionibus, quae recitanda erunt, recitent. Ientari etiam extra auditoria ei, qui volet, licebit, modo mature ad exercitia suorum aequalium redeat. Hora nona praeceptores lectiones suas continuabunt puerosque detinebunt in decimam, qua eundum ipsis erit in templum scholae contiguum, ubi caput unum ex bibliis clara voce quidam ei rei praefectus toti coetui scholastico praeleget. Deinde postquam pueri ad id idonei paucis aliquot hymnis et psalmis sacris decantatis deum laudaverint, quilibet suo ordine modeste domum ibit, id quod etiam eodem modo fiet sub horam quartam postmeridianam exercitiis scholasticis in qualibet classe finitis. Ad exercitium autem musicum, quod in eodem templo commodissime haberi potest, a prandio convenient hora prima. Id enim et senatorum et negociatorum filiis, qui prandium saepe in duodecimam differunt, accommodatissimum videtur. Hora secunda praeceptores classici suas lectiones et exercitia continuent usque in quartam. Omnes autem discendi labores a precibus et hymnis incipiant iisdemque eos finiant. Paedagogi interim, si qui sint, puerorum adigantur, ut ipsi privatas scholas non aperiant, sed tantum audita in schola cum pueris diligenter et quidem ad praescriptum eius, in cuius classe sunt, praeceptoris repetant, ne novis praelectionibus eos obtundant et ad stuporem et ignorantiam adigant.

### [IV.] De examinibus tam classicis quam publicis et de anniversariis classium progressionibus.

Utile et necessarium erit in qualibet lectione non progredi ulterius, antequam pridie tradita accurato examine sint repetita. Singulis etiam septimanis certa hora destinetur repetitioni universali omnium eorum, quae tota hebdomade pueri audiverunt et didicerunt. Ita enim futurum est, ut omnia plenius intelligantur firmioresque in memoria radices agant. Proderit etiam inter declinandum et coniugandum, item in aliis recitationibus quibuscunque ita assuefacere pueros, ut ii, qui recitant, voce utantur clarissima et quae ab omnibus eius classis condiscipulis exaudiri possit, reliqui vero ita in ea, quae recitantur, attenti sint, quasi ipsi una recitent.

Quod diligentius fiet, si subinde ex improviso prioris recitationem praeceptor interrumpet et alium eam eodem, quo ille cessat loco, iubebit continuare. Idem etiam inter docendum non inutiliter fiet, si nimirum aliquem animo forte peregrinantem et nihil minus cogitantem subito interrogaverit praeceptor, quid eo ipso momento postremo dixerit, et in supina negligentia deprehensum in aliorum conspectu puniverit. Quia vero multum excitat pueros laudabilis illa aemulatio, liceat illis instituere certamina de loco honestiori, ita ut inferioris alicuius decuriae discipulus locum superiorem in prima decuria tenenti litem denunciare cumque eo recitandis lectionibus auditis praeceptore in puerorum corona auditore et iudice contendere victorque victi locum occupare possit aut victus sine ignominia in suum priorem locum redire. Sic fiet, ut primae decuriae pueri nunquam securi diligentius sibi caveant semperque parati sint ad antagonistam exipiendum. Praeterea semel in anno in consulum, superintendentis, pastorum et parentum praesentia instituenda erit solennis studiorum censura. In ea de singulorum in pietate et literis diligentia fiat iudicium, et qui diligentiores fuisse maioresque in suis classibus profectus fecisse deprehendentur, iis ad superiores ordines transitus concedatur, ita quidem ut in unaquaque ascendentium serie primo, secundo et tertio diligentiae suae praemiola pro cuiusque aetate et loco publice distribuantur, ut sic alii quoque ad maiorem sedulitatem et curam invitentur. Optarim igitur more reipublicae Argentinensis duos aut tres ex ordine consulari et senatorio scholarchas eligi, quibus et eorum quae iam dixi, et praeterea omnium ad scholae institutionem et conservationem pertinentium cura incumbat et ad quos querelae quoque, si quibus opus sit, deferantur, ne subinde consules aut universum senatum de rebus leviculis opus sit interpellare. Examina autem illa scholastica quotannis inchoentur aut die lunae proxime sequente ferias paschatos aut die lunae sequente festum Michaelis. Nam propter classium paucitatem et lectionum exercitiorumque multitudinem bis institui examina illa singulis annis vix poterunt.

### [V.] De exercitiis styli.

Exercitium styli praetermitti non posse omnes intelligunt. Det igitur operam praeceptor, ut in eo quoque recte et commode versetur. Quod fiet, si non propriae inventionis scripta pueris proponet, sed traductum locum aliquem Ciceronis in linguam vulgarem puerum Latine reddere iubebit et adhibita puerilis compositionis correctione in ipsius Ciceronis verba eum deducet et inde suum

scriptum ipsum emendare et ex instituta duorum dissimilium collatione sapientissimi scriptoris eloquentiam admirari et paulatim quoque aliquo modo docebit repraesentare. Utile etiam erit per intervalla eiusmodi argumenta excogitare, in quibus pueri praecipuas etymologiae et syntaxis regulas, quas audiverunt, explicare, item rerum quoque praecipuarum appellationes seu nomenclaturas scribendo ad usum transferre cogantur. Ita animadvertet praeceptor, an pueri grammaticam recte intelligant, errantesque ad maiorem diligentiam adiget. Scripta autem emendabit publice omnibus audientibus, ita ut pueri alicuius classis omnes certa hora suorum argumentorum bina exempla in promptu habeant, quorum alterum ipsi retineant idque marginibus satis spatiosis, alterum mundissime descriptum offerant praeceptori, qui quidem per decuriones secundum decuriarum numerum in totidem fasciculos ea colligi iubebit. Id ubi factum erit, in qualibet decuria unus aut alter clara voce suam compositionem legat praeceptore interim exemplum sibi exhibitum inspiciente et errata tam orthographiae quam constructionis indicante, in quae omnes qui similiter erraruut, intendere et ex vitiis alterius sua emendare oportebit. Si vero quem deprehendat aliud agentem, qui vitium bis terve indicatum in suo scripto non emendaverit, eum convenienti poena aliis videntibus praeceptor officiat, ut in reliquis maiorem intentionem excitet. Iterata iam aliquoties emendatione locum Ciceronis a se Germanice propositum[a]) proferet praeceptor Latinum eumque describendum puerilique compositioni certum in librum relate subiungendum proponet; atque ita labor seorsim sua manu omnia emendandi praeceptori minuetur et in pueris, qui publice sibi legenda et corrigenda sua scripta noverunt, augebitur cura et intentio. Ad carminum scriptionem quod attinet, primae classis auditoribus subinde transposita et disiecta bonorum versuum verba suis numeris restituenda exhibebuntur aut oda aliqua in aliud genus carminis convertenda tradetur, donec paulatim ipsi quoque versiculos modulari assuescant. Neminem autem abhorrentem et invitum ad hoc exercitium adiget, multo minus verberibus (nisi forte ignavia aut malitia pueri sese prodat) coget praeceptor. Multi enim natura a musis sunt alieniores neque hoc seculo alias satis ridicule et impudenter in hoc genere scribaci omnes versificatores esse opus est.

---

a) Aus propotitum verbessert. Hier wie auch in der folgenden Nummer ist ę (für ae) mit e wiedergegeben, da es in der Vorlage sehr willkürlich steht.

c.

## Gesetze der Schule zu Rostock.

[Rostock 1580.]

### I. De praeceptoribus.

Cum classium supra indicata distributio necessario observanda videatur, de collegis quoque, qui laboribus illis quotidie sustinendis sufficerent, cogitandum fuit. Placuit igitur, ut primo rector aliquis huic necessario officio maxime idoneus constitueretur, cui totius scholae inspectio et operarum ad modum supra praescriptum in collegas distributio et exactio incumberet, quique ipse in prima classe hora sibi assignata quotidie doceret. Huic rectori pro numero classium collegas certos, quos suo instituto idoneos esse iudicaverit et quos consulibus vel scholarchis ipse nominaverit, adiungi volunt, ita ut tribus superioribus classibus singuli praeceptores praeficiantur. Quartae vero praesint duo, ut pueris balbutientibus eo plenius satisfieri queat. Quia vero propter quatuor templa parochialia, ut vocant, totidem quoque cantoribus opus est, qui in musica pueros exerceant eosque in templum diebus dominicis deducant, unum generalem cantorem constituere eique tres succentores (qui tamen rectori debitam obedientiam ipsi quoque praestent) adiungere visum est. In quorum numero unum esse oportebit, qui classi quintae pueros in Germanicis et arithmeticis tantum erudiendos continenti recte praefici possit. Atque ita rectori cantoribus simul numeratis

---

**Zu 48c:** Ludi literarii usw. von N. Chyträus. Bogen $D_2$—$G_3$. Die Einleitung zu den Gesetzen findet sich schon in der vorigen Nummer. Chyträus schließt $F_6$: Habes iam humanissime lector ea, quae proximis mensibus de novae scholae constitutione deliberata, decreta et nonnullo cum iuventutis fructu inchoata sunt. Er schließt einen Segenswunsch an. Dann folgt: Dem christlichen leser. Dieweil ohne zweiffel viel bürger durch etliche von iren vorigen paedagogis seind ingenommen worden, als solt die jetz new angehende schulordnung inen unleidlich und der jugent undienstbar sein, haben wir dise nachfolgende eines erbaren raths von den paedagogis angeordente leges verdeutscht und dieselbe zugleich alhie im druck außgehn lassen, damit ein jeder sehe, wem hierin fürderung oder hindernuß, fortheil oder schade geschehe. Könten auch wol leiden, das die vorgehende der newen schul anordnung durchaus möchte verdeutschet sein, denn wir derselbigen für gott und allen gelerten und vorstendigen leuten kein schew tragen. Dieweil aber solchs itziger zeit nicht füglich hatt geschehen können, wolle ein erliebende burgerschafft mit disem weinigen jetzund fridlich sein und sich das uberige von andern außlegen lassen. Hiemit gott bevohlen. — Von mir sind „Die leges von den paedagogis aus der vorgehenden schulordnung verdeutschet" der Bequemlichkeit halber neben den lateinischen Text gestellt.

college suberunt novem, nisi forte quibusdam ex inferioribus praeceptoribus classicis cantoris quoque officium commode demandari queat, tum enim numerus hic futurus esset contractior, quorum si quis aut non idoneus fuerit aut in officio suo negligens aut erga rectorem contumax et in collegas iniurius, eum a rectore iudicatum magistratus vel scholarchae ab officio suo sine recusatione removebunt.

### De praeceptorum officio.

Ad officium autem praeceptorum classicorum haec praecipue pertinent, quorum observationem stipulata manu et subscriptione sua magistratui urbis et rectori scholae promittent.

I.

Ut rectori suo exactam in ratione institutionis et aliis ad scholam pertinentibus negociis obedientiam et observantiam praestent.

II.

Ut ita sint eruditi et morati et in vita, vestitu et conversatione cum aliis ita studiosi modestiae, temperantiae, honestatis et integritatis, ut scholae utiles et honorifici censeri possint.

III.

Ut anteaquam suam operam conduci patiantur, firma quadam animi inductione secum constituant se labores istos scholasticos deo gratos et iuventuti unice utiles et necessarios quantumvis graves non cum taedio, fastidio et impatientia, sed potius alacritate et quodam animi prolubio velle subire et sustinere, aut si se id facere non posse aut velle intelligant, ut tum alteri hunc locum concedant et ab hoc munere abstineant.

IV.

Ut non obiter perfunctorie et quasi levi brachio in suo officio exequendo versentur, sed fidei datae et conscientiae suae perpetuo memores, sedulo et serio omnia agant, vicarios nisi gravissimis de causis et quidem praescio rectore in suum locum non substituant et profectus suorum auditorum omnium sine prosopolepsia unice studiosi et cupidi sint et ad eum omnes industriae suae nervos intendant.

V.

Ut in castigationibus modum non excedant nec valetudini aut sanitati puerorum incommodent. Sciant igitur iracundiam frenare, et ubi omnino necesse est, humi potius prostratos quam mensis aut

scamnis iniectos virgis caedant. Ita enim a luxatione, convulsione et ruptura nihil erit periculi. Differant etiam castigationes usque ad lectionem finitam, interea vero delinquentes ab observatore in catalogo annotari curent, ut ira, si qua est, interim deferbeat et operae scholasticae huiusmodi suppliciis et clamoribus non nimis crebro interrumpantur.

VI.

Ut de scholae huius fundatoribus et patronis, item de schola ipsa eiusque rectore et reliquis praeceptoribus honeste sentiant et loquantur et calumnias de iis sparsas potius refutent quam eas aut approbent aut quasi ventilando latius disseminent.

VII.

Ut de stipendiis suis, quibus aequo et liberrimo animo conduci suam operam passi sunt, non temere apud quosvis conquerantur. Sed si omnino necessitas urgeat, ut id cum debita moderatione apud rectorem vel scholarchos faciant, qui hac in parte plus quam vulgus illis poterunt et volent commendare.

VIII.

Ut cum rectore et collegis omnibus colant concordiam et alter alterius naevos, quantum quidem fieri potest, patienter ferat.

IX.

Ut in collectione et distributione pecuniae communis fideles et integri sint nihilque fraudulenter aut pleonectice simulando aut dissimulando in proprium suum commodum convertant aut cum alicuius e collegis incommodo suum commodum quaerant.

X.

Ut pueros aut discipulos quoscunque musicae causa in convivia secum non deducant eove nomine ad se accersant, et si privatim quoque nonnullos suae disciplinae commendatos habeant, eos ita instituant, ut neque horis, lectionibus et exercitiis classicis destinatis neque scholae honori et incrementis quidquam decedat.

XI.

Ut neminem puerorum diutius, quam par est, in sua classe detineant atque ita eorum progressum remorentur, sed ut omnes tam idoneos quam non idoneos statis annuorum examinum et probationum temporibus indicent.

XII.

Ut quotannis post examina ordinem studiorum suae classis pueris praescribant, e quo, quid diebus et horis singulis et publice audiendum et privatim repetendum sit, sciant atque ita excusatione ignorantiae uti non possint, ut item subinde explorent, num ordini praescripto obtemperent et diligentibus laudatis negligentibus stimulos admoveant.

XIII.

Ut in collegas aut classes praeter suam quascunque nisi ex auctoritate et consensu rectoris nihil imperii sibi usurpent.

XIV.

Ut novos extorquendi pecuniam modos non excogitent neque ullam nisi iussu rectoris pecuniae collectam pueris imponant.

XV.

Ut pecuniam rectori aut collegis quibuscunque ex decreto amplissimi senatus destinatam non intercipiant, supprimant aut avertant.

XVI.

Ut paulo ante vel certe in ipso puncto horae quisque in sua classe praesto sit et labores sibi iniunctos praemissa precatione et hymnis usitatis alacriter incipiat, secus faciens mulctam, de qua inter collegas convenerit, exsolvere non gravetur.

XVII.

Ut si negligenter et infideliter munus suum obeant et moniti non fiant meliores, removeri se sine ulteriori causae alicuius inquisitione patienter ferant, ita tamen, ut tribus vel ad summum sex mensibus ante idipsum praesciant, aut si ultro dimitti postulent, totidem mensibus ante idipsum rectori indicent.

II. De paedagogis.

Cum plerique omnes cives a paedagogis in scholis cubicularibus[1]) olim instituti magnopere de eorum inscitia, negligentia et perfidia quoque conquerantur suaeque ignorantiae culpam in eos

Nachdem in gemeiner bürgerschafft nicht wenig seindt, welche in irer jugendt auff den burschen und privat schulen sindt aufferzogen und verseumet worden und sich derwegen nicht unbillig uber

[1]) d. sind Winkelschulen.

paene solos conferant et alias plurimum in bonis, eruditis fidelibusque paedagogis, quorum numerus admodum exiguus est, positum sit momenti, non immerito de iis quoque certi aliquid constituendum fuit, quod perpetuo deinceps observaretur. Plerumque enim vagantes illi homines impuri omnis dissolutionis, disciplinae laxationis aliorumque malorum causae esse consueverunt, qui propterea necessario ab eruditis et moratis adolescentibus sunt discernendi.

irer paedagogorum unverstandt, nachlessigkeit und untrew zum hefftigsten beklagen, auch irer unwissenheit und verseumniß schult auff sie allein schieben, und es auch sonsten gar viel an fromen, gelerten und trewen paedagogis, derer nicht ubrig viel gefunden werden, gelegen, scheinet es für rathsam, das man auch von den selbigen etwas gewisses schliesse, welches hernachmals stets gehalten werde. Denn gemeiniglich solche umbleuffer aller leichtfertigkeit, ungehorsams und anderer laster ein ursach zu sein pflegen, welche derenthalben notwendig von züchtigen, fromen und gelerten gesellen zu underscheiden sein.

Mandat igitur honestissimus huius reipublicae senatus, ut nemo deinceps, cuiuscunque ordinis aut conditionis sit, paedagogum aliquem cuicunque ex civibus insinuare aut obtrudere audeat, nisi eum prius rectori scholae examinandum et legibus hisce nostris subiiciendum curaverit. Quas quidem rector, ubi eum in examine ratione aetatis morum et eruditionis idoneum deprehenderit et approbaverit, hoc, quo sequuntur, ordine et modo illi legendas proponet iisque, ut ultro manu sua subscribat et obedientiam polliceatur, iubebit. Quod si id facere recuset, alium probum, modestum et eruditum adolescentem huius loco civi illi commendabit.

Ist derhalben eines erbaren, wolweisen raths ernster befehl und will, das keiner hernachmals, er sey auch wes standes und wesens er wolle, einigen paedagogum irgendt einem bürger zubringe oder aufftringe, er sey dann vorhin von dem rectore scholae examinirt und zu solchem ampt düchtig erkennet und hab sich auch diesen unsern legibus unterworffen. Welche im dann der rector, wo er im examine bestanden, auch alters, geschicklig keit unn guter sitten halben für düchtich kan geacht werden, ordentlich, wie sie nach einander folgen, zu lesen fürlegen, auch im mit seiner eigen handt dieselbigen zu unterschreiben und gehorsam zuzusagen befehlen

wirdt. Wo aber einer das zu thuen inen sich wegern wurde, so sol der rector einen andern fromen, züchtigen und gelerten gesellen in desselben stedt dem bürger zuweisen und commendiren, da er und seine kinder besser mit versorget sein mögen.

### Leges paedagogorum.

I.

Ego N. N. bona fide sine dolo et fraude promitto in omnibus licitis et honestis accuratam rectori huius scholae obedientiam et observantiam.

II.

Pueros meae fidei commissos ita tractabo, ut potius me ament et magnificiant quam metuant aut oderint.

III.

Neque mea saevitia aut importunitate efficiam, ut bonas literas, scholas et exercitia puerilia aversentur, sed potius ut ea diligant et admirentur.

IV.

Assuefaciam eos, ut tarde, distincte et clare omnia pronuncient

### Leges

I.

Ich N. N. sag zu bey meinem glauben und waren worten ohn allen trug und list, das ich in allen billichen und erlichen sachen dem rectori diser schul fleisswilligen gehorsam mit aller ehrerbietung leisten wil.

II.

Gegen die knaben, die mir vertrawet, wil ich mich also mit aller bescheidenheit verhalten, das sie mich viel mehr lieben und werdt halten denn förchten und hassen mögen.

III.

Ich wil auch mit meiner hertigkeit und ungestümigkeit ihnen nicht ursach geben, das sie an guten künsten und sprachen und anderen schulübungen ein abschewen tragen, sondern viel mehr fleiß anwenden, das sie dieselben lieben, darzu lust haben und viel darvon halten mögen.

IV.

Ich wil sie auch gewenen, das sie alles fein langsam, unter-

et characteres literarum eleganter pingere discant.

V.

Nihil privatim eis tradam, quod non vel a rectore vel praeceptoribus classicis mihi sit iniunctum, sed hoc potissimum agam, ut in classibus audita recte intelligant et memoriae infigant et Latine ex colloquiis Corderii loquendo se exerceant. Ad ediscendum non intellecta neminem adigam. Deque iis, quae ipse non intelligo, malo doctiores interrogare quam pro veris falsa pueris meae fidei creditis tradere.

VI.

Si pueri teneriores mihi committentur, dabo operam, ut, quae ad cultum et munditiem corporis pertinent, non gravatim ipsis praestem eosque in scholam et templum deducam et reducam, et quae ludendo et iocando eis instillari poterunt, in iis tradendis blande potius et amice quam imperiose, morose et minaciter illos tractabo.

VII.

Si qua in re delinquant, quae animadversionem requirere vide-

scheidlich und laut aussprechen, auch fein reinlich und schön schreiben lernen.

V.

Daheimen will ich inen nichts, denn was mir zu thuen von dem rectore und praeceptoribus classicis aufferlegt ist, fürgeben und fürlesen. Ich wil auch zusehen, damit sie das jenige, was sie in der schul gehöret, recht verstehen, dasselbige außwendig lernen und sich in der lateinischen sprach aus den colloquiis Corderii üben mügen. Ich wil keinen nötigen, etwas, das er nicht verstehet, außwendig zu lernen. Will auch selbs lieber andere das jenige, so ich nicht verstehe, fragen, denn die knaben, so mir befohlen, unrechter weiss unterrichten.

VI.

Wo mir junge kinder vertrawet würden, wil ich allen müglichen fleiss fürwenden, damit ich ihnen, was zu irer leibes kleidung und reinigkeit gehöret, unbeschwert leiste, sie des morgens anziehe, unter augen wasche, sie in und aus der schulen und kirchen führe. Und was sonst mitt freundtlicher und spilender weis in sie kan gebracht werden, das sol allezeit lieber mit lieblichen denn mit schelt und trew worten von mir fürgenomen werden und geschehen.

VII.

So auch die kinder etwas verwürcken würden, darumb sie not-

atur graviorem, in schola a praeceptore classico illos castigari curabo potius quam privatim virgis ipse eos caedam.

wendig gestrafft müsten werden, wil ich sie allezeit lieber von dem praeceptore classico züchtigen lassen, denn sie selbst daheimen mit ruthen streichen.

VIII.

Privatim scholam non aperiam, nullum puerum, sive scholae alumnus sit sive fieri aliquando possit, in privatam disciplinam recipiam. Nullum a schola et magistris alienabo. Nullum in convivia musicae causa mecum deducam. Nullum in hospitio successorem absque consensu rectoris mihi substituam.

VIII.

Ich wil kein privat schul anrichten, keinen knaben, er gehe oder werde noch hernachmals in diese schule gehen, zu mir locken, keiner der gemeinen schul oder magistris entziehen oder abhendig machen, keinen der musiken halben in gasterey und zechen mit mir nemen, auch keinen in herberg und tisch an meine stett ohn des rectoris vorwissen und willen substituirn.

IX.

De rectore, collegis et schola honeste loquar, mendacia et calumnias de iis spersas refutabo, aut si modus in iis ab aliquibus excedatur, eos rectori indicabo.

IX.

Von dem rectore, collegis und schul wil ich allezeit erlich rheden, die lügen und calumnien so viel müglich wiederlegen, oder wo es etliche hierinn zu viel machen würden, dieselbigen dem rectori vermelden.

X.

Collegarum scholae aegrotantium aut alias omnino necessariis occupationibus destrictorum vices in classe subire, si idoneus a rectore iudicatus fuero, non gravabor.

X.

Ich wil auch der schulgesellen und magistorum ampt, so sie etwan kranck oder durch andere geschefft verhindert würden, so ich von dem rectore darzu düchtig erkennet, unbeschwert verwalten.

XI.

Si qua in re delinquam, me moneri aut etiam pro peccati qualitate obiurgari sine murmure feram. Imo etiam si propter delicti gravitatem vel coram scholarchis

XI.

So ich worin straffbar sein würde, wil ich mich gerne vermanen und nach der verbrechung gelegenheit gedültig und ohn widerbellen straffen und unter-

vel m[agnifico] academiae rectore vel etiam amplissimo senatu accusari me oporteat, illorum latae de me sententiae sine contumacia acquiescam illique nequaquam me opponam.

weisen lassen. Wo ich auch wegen einer begangenen ubelthat für der universitet magnifico rectore, den herrn scholarchis oder auch einem erbaren rath muste verklaget werden, wil ich ohne alle widerspenstigkeit irer uber mich gesprochnen sententz gehorsamen und derselben mit nichten mich widerlegen.

XII.

Diebus sabbati hora XII. et aliis quoque horis exercitio musico destinatis in puncto horae adero et in melodiis postridie in templo decantandis una cum aliis me exercebo aut mulctam, de qua inter collegas convenerit, exsolvere non gravabor.

XII.

Den Sonnabent umb zwelff schlege, auch zu andern stunden, die dem exercitio der musica zugeordnet, wil ich auff den glocken schlag vorhanden sein und in den gesengen, die auff den folgenden feirtag in der kirchen sollen gesungen werden, nebenst den andern mich uben oder wil die straff, so die collegae unter sich auffsetzen werden, ohne alle beschwerung erlegen.

XIII.

Ante concionem etiam tam ante quam post meridianam cum filiis herilibus in tempore adero et in cantu ecclesiastico pro viribus alios adiuvabo et nisi primario cantore praesciente nunquam meam praesentiam patiar desiderari. Mulctas etiam super hac re constituendas, ubi deliquero, pro mea parte sine murmure sustinebo.

XIII.

Für der morgen und vesper predig wil ich mich sampt meines herrn kindern in die kirchen bey zeiten verfügen und den andern nach meinem vermügen in den kirchengesengen trewlich helffen und ohne des obersten cantoris vorwissen unn willen nicht aussen bleiben oder aber der straff, die do gesetzt, wo ichs verdienet, one alle einrhede mich gerne unterwerffen.

XIV.

In hospitio memor ero modestiae et verecundiae non ignarus,

XIV.

Inn meines herrn und wirtes haus wil ich allezeit der zucht

quantum ab hospite meo in hac rerum omnium difficultate beneficium accipiam. A prandiis et coenis mature surgam neque conviviorum finem exspectabo. Mensae etiam, sicubi opus erit, non invitus ministrabo et in aliis, si quibus potero, negociis expediendis hospitis benevolentiam mihi conciliare et conservare studebo, ut post meum discessum aliis quoque idem beneficium non gravatim praestetur.

und ehrbarkeit eingedenck sein, weil mir nicht unbewust, wie ein grosse wolthat mir in diesen tewren und schweren zeiten von demselbigen erzeiget wirt. Von der mittags und abendtmalzeit wil ich zeitlichen auffstehen und nicht aller zechen und gastereien ende außwarten. Wo es auch würde von nöten sein, wil ich gerne zu tisch dienen und auch in andern geschefften zuverrichten mich also verhalten, das ich meines herrn und wirtes gunst erlangen und behalten möge, auff das also auch nach meinem abscheid andere gute gesellen solcher wolthaten theilhafftig werden mügen.

XV.

Promitto denique me beneficiorum, quae hic accipio, memorem et si aliquando res meae meliori loco fuerint, benefactoribus quoque meis aut eorum liberis gratum esse futurum.

XV.

Endtlich sag ich zu, das ich aller mir alhie erzeigten unn entpfangenen wolthaten jederzeit ingedenck, auch so es etwan umb meine sach besser stehen würde, diesen meinen wolthetern und patronen oder auch ihren kindern alle danckbarkeit zuerzeigen schüldig, willig und geflissen sein will. Alles trewlich und ohngeferlich.

[III.] De officiis discipulorum.

Ut etiam scholae huius discipuli sciant, quae potissimum sui sint officii, neve postea eius ignorationem delictis suis possint praetendere, vult et mandat amplissimus huius reipublicae senatus, ut leges de officiis scholasticorum, quae sequuntur, perpetuo ratae habeantur et in loco et tabula omnibus quotidie conspicuae proponantur, subinde etiam scholasticis praelegantur et explicentur, utque neminem ex maiusculis praesertim in scholam recipiat rector, nisi prius obedientiam iisdem legibus se praestiturum promiserit.

Earum autem sicuti publice in patenti charta impressae et sigillo senatus munitae in praesentia praeceptorum a secretario et apparitoribus purpuratis singulis classibus exhibitae et affixae sunt, exemplum hic subiungimus.

Consules et senatus reipublicae Rostochiensis suis civibus et aliis lecturis s. d.

Cum singulari dei clementissimi beneficio scholam puerilem bene constitutam tandem in utilitatem publicam aperuerimus eiusque initia, pro quo immortales eidem deo optimo maximo gratias debemus, satis sint felicia, hortamur cives nostros et alios, qui hoc publico beneficio una frui cupiunt, ut liberos suos in hunc ludum deducant eosque deductos non temere, quod hactenus nimis misere factum est, patiantur emanere et exercitia scholastica toties negligere. Quomodo enim a praeceptoribus etiam fidelissimis, si non adsint, erudiri possunt? Praeterea eosdem monemus, ut non arbitrentur satis esse, si scholae magistris et praeceptoribus filios suos commendent, nisi etiam domestica inspectione rectaque et commoda disciplina inprimisque precibus ardentibus et quotidianis tam necessarios et salutares magistrorum labores accuratissime adiuvent. Neque enim, ut vulgo existimatur, solus praeceptor discipulum pium, eruditum et bene moratum efficere potest, nisi pueri ipsius ingenium et voluntas, parentum moderata gravitas et bona exempla ipsiusque adeo magistratus auctoritas et patrocinium magistrorum labori et industriae respondeant. Meminerint igitur domi quoque parentes sui hac in parte muneris et officii et sicuti diligi, erudiri et laudibus excitari suos libenter audiunt et vident, ita eosdem delinquentes obiurgari moderatisque castigationibus emendari et coerceri non iniquo animo ferant, ne, quod in schola maxima cum praeceptorum molestia et labore vix exstructum est, id ipsi domestica corruptela et indulgentia subita iterum destruant. Cum etiam hactenus civium nonnulli ob pueros suos virgis caesos in scholas et magistros sepenumero admodum iniurii fuerint, hanc ipsam licentiam in bene constituta republica plane intolerabilem omnibus iurisdictioni nostrae subiectis plane adimimus et mandamus, ut huiusmodi querelas, si omnino opus sit, primo ad scholae rectorem, deinde ad scholarchas ei rei praefectos cum debita moderatione deferant, neque ullis vel minis vel iurgiis vel conviciis, multo minus armis praeceptores adoriantur, nisi aut certa aliqua pecuniae summa mulctari aut in custodia non satis honorifica aliquandiu detineri malint. Cum etiam non cuiusvis sit iuventutem recte instituere aut de vera instituendi ratione iudicium ferre, hortamur eosdem cives nostros, ut metas

suas temere de rebus incognitis iudicando non excedant, sed rectius intelligentibus rem istam permittant et de hoc tanto et tam insigni dei beneficio honorifice sentiant et loquantur, ne ingratitudine sua importuna eo se ipso quodammodo indignos efficiant et honestam suorum educationem, qua nihil melius et utilius primae aetati contingere potest, ipsi malitiose impediant. Qui quidem ipsi ut nos etiam, quod nostri est officii, in scholae huius exornatione et conservatione facturos esse intelligant, leges has pueritiae scholasticae proponi et ut recte intelligantur, a singularum classium magistris quolibet semestri pueris explicari et secundum eas in disciplina et castigationibus omnia fieri volumus. Eaeque tam a magistris et discipulis quam a civibus et oppidanis ut ratae habeantur, severe etiam sigilli nostri indicio mandamus. Datae Rostochii calendis Februariis anno CIↃ IↃ XXC.

## Leges discipulorum.

### I.

Cum scholae christianae, in quibus verae pietatis bonarumque literarum et linguarum doctrina discitur et propagatur, dei et servatoris nostri Iesu Christi domicilia et templa sint, omnes quoque huius scholae discipuli eo diligentius discent et maiori cura pietatem, modestiam, verecundiam aliarumque virtutum exercitia suscipient et colent, ne deus offensus desidia, impietate et petulantia incolarum haec ipsa domicilia sua relinquat atque ita tam discentes quam docentes auxilio suo, sine quo nihil unquam feliciter gestum est, destituat.

### II.

Requirimus igitur a pueris, scholae huius alumnis, ut deum patrem domini ac servatoris nostri Iesu Christi una cum spiritu sancto timeant, ament omnemque spem et fiduciam suam in illo solo collocent. Timor enim domini omnis verae et salutaris sapientiae est initium.

### III.

Ut sacrosancto dei nomine non abutantur, non sint blasphemi, maledici, mendaces, fures, ebriosi; ut ludos et iocos turpes ac scurriles, dicta item spurca et obscoena et quidquid turpitudinis cuiuscunque speciem habet, memores voluntatis et vindictae divinae non usurpent.

### IV.

Ut diebus dominicis et festis templa modeste et verecunde adeant, caerimoniis cum religiosa quadam observantia sine strepitu

et petulantia modeste intersint et sacras conciones cum attentione et silentio audiant deumque lingua et animo concelebrent.

V.

Ut praeceptores tanquam parentes animorum ex animo ament et observent eorumque iussis et monitis libenter et accurate obtemperent et admonitiones castigationesque eorum aequo animo ferant, non responsent, non refragentur eodemque in delicto multoties iterando iisdem molestias suas non augeant.

VI.

Ut in scholam non per intervalla, sicuti hactenus factum est, sed assidue veniant et ordinem studiorum, lectionum et exercitiorum a rectore vel praeceptore classico sibi praescriptum quilibet studiose sequatur et quidquid agat, id serio sibi agendum esse statuat.

VII.

Ut magistratibus, theologis, professoribus et aliis viris et matronis honestis ubicunque obviis aperto capite et gestibus animi submissionem indicantibus honorem exhibeant.

VIII.

Ut nullas omnino querelas, multo minus falsas, ad quenquam nisi ad rectorem et praeceptores deferant nihilque eorum, quae in scholastica disciplina et castigationibus fiunt, temere eliminent.

IX.

Decuriones primi omnium horis, quibus docetur, praesto sint; quae memoriter recitanda sunt, exigant; errantes, tumultuantes, absentes ignavosque notent et sine ulla dissimulatione eos ex indicibus suis accusent.

X.

Caeteri omnes in puncto horae vel etiam paulo ante in auditoriis suis adsint et quidem domi prius consideratis et perlectis iis, quorum explicationem in schola sunt audituri. Id enim intelligentiam et memoriam mirifice adiuvat.

XI.

Inprimis autem pueri studiosi sint munditiei, careant sordibus. Ideoque non dissoluti, discincti, squalidi et illuvie immundi aut scatentes pediculis in scholam prodeant, sed ore, oculis et manibus

pure lotis, vestibus mundis, capillitio detonso et pexo, calceis tersis, caligis thoraci alligatis. Pediculosi autem bis terve moniti ubi vitium hoc non correxerint, e schola, ne alios inficiant, eiiciantur.

XII.

Scholam ingressi non tumultuentur; indicto silentio non garriant, non discurrant, sed suo ordine et loco sedeant atque arma sua scholastica in promptu habeant et aut Latino tantum sermone recte utantur aut donec uti possint, in schola taceant.

XIII.

In schola et alibi bonis moribus assidue studeant, praeceptoribus ad docendum prodeuntibus aut alias per examen quidpiam interrogantibus continuo assurgant. Inter auscultandum caput non scabant aut id cubito innixi fulciant; pennas non mandant, non aliis ineptis gesticulationibus seipsos deforment. Et ut ad audiendum et respondendum promptiores et expeditiores sint, semper in lectione sedeant capite detecto, nisi forte frigoris vehementia aut valetudo cuiuspiam adversa aliud requirat.

XIV.

Mensas, fornaces, fenestras, parietes, seras in auditoriis sua petulantia non corrumpant, vel si id fecerint, suo sumptu corrupta et fracta reficiant.

XV.

Cum quid ex memoria recitandum est, neque is, qui recitat, librum inspicere neque alter e regione suum illi librum obvertere aut clanculum aliquid ei suggerere vel insusurrare audeat.

XVI.

In funera prodituri aut alias e ludo dimissi modestiae et verecundiae memores sint; in coemiteriis aut plateis turbas non excitent; extra aut intra urbem non discurrant, non vociferentur, non lapides iaciant, non ludis inconcessis et scurrilibus indulgeant.

XVII.

Non sint rixosi, tenaces simultatum et odiorum, minaces et in se mutuo vel verbo vel facto iniurii et contumeliosi. Iniurias etiam ab aliis acceptas nec verbo nec factis ipsi ulciscantur, sed rem omnem praeceptoribus cognoscendam, diiudicandam et puniendam relinquant.

XVIII.

Pugionibus aut sicis nunquam succingantur et ab omni armorum genere abstineant.

XIX.

Aestate flumina, hieme glaciem non ingrediantur.[2])

XX.

Ad nuptias, solemnia convivia, ludos gladiatorum, choreas absque permissu rectoris non accedant aut reversi virgis se caedi animo aequo ferant.

XXI.

Eos, qui contra leges peccarunt, condiscipuli praesertim interrogati non dissimulent nec iniuste aliquem notent nec iuste notati notam accipere recusent aut mulctae duplum ipsi exsolvant.

XXII.

Compotationes et lustra ebriorum et alia loca suspecta vitent.

XXIII.

Honesto scholastico ordini conveniente vestitu omnes utantur.

XXIV.

Lagenas, panes butyro illitos aut alia cibaria secum in scholam aut funera non deferant.

XXV.

Non solum his statutis, verum etiam deinceps statuendis obedientiam promittant.

XXVI.

Neque satis esse putent promittere, nisi etiam re ipsa ea velint et studeant praestare.

XXVII.

Has leges qui violaverit, poenas sustinere non recuset. Poenae autem pro delicti magnitudine sint, obiurgatio, humisessio, virgae, carcer, eiectio.

XXVIII.

Mulctati singulis diebus sabbati satisfaciant aut corpore poenas luant.

XXIX.

E schola profugi non sine insigni castigatione recipiantur.

---

[2]) s. die Anmerkung 1 zu Nr. 38 auf S. 316.

XXX.

Poenis submittere se nolentes et contumaciter praeceptoribus rebelles senatus per lictores suos in scholam missos cicurabit aut nihilominus refractarios ex urbis et agri sui finibus sine mora eiici curabit.

[IV.] De diebus festis et cantu ecclesiastico.

Dies festi toti deo rebusque divinis tribuantur. Pueri igitur secundum distinctionem templorum parochialium diebus dominicis ante et post meridiem signo dato in vicinas templis scholas veteres convenient et ex iis praeceptoribus praesentibus modeste in templum prodibunt. Quo autem pueri quam modestissime et cum silentio sacris intersint, assuefaciendi sunt, ut particulam aliquam concionis in codicillos suos excipiant, quam domum reversi Latine reddant et praeceptori petenti exhibere semper possint. Is autem dies, qui festum praecedit, catechismi explicationi tribuatur, et ita primus et postremus dies deo, intermedii vero bonarum artium studiis ad dei gloriam illustrandam susceptis consecrentur. Ad cantum vero ecclesiasticum quod attinet, eaedem cantiones, quibus recte modulandis cantores pueros universos et alios in schola exercuerunt, in singulis templis publice canantur, ita quidem ut primae classis praeceptor cum suo cantore ei rei praesit in templo d. virginis, secundae classis praeceptor cum suo cantore in templo d. Iacobi, tertiae et quartae classis praeceptores cum suis duobus cantoribus ad d. Nicolaum et Petrum. Iisdem praeceptoribus et cantoribus perpetuo aderunt singularum parochiarum paedagogi, qui eo ipso nomine pueros suos diebus festis in templum comitabuntur. Nec studiosi huius exercitii amantes inviti suam operam cantoribus hac in parte praestabunt, praesertim si praemiorum, quae ex cantu nuptiali proveniunt, participes se fore intelligant.

[V.] De mercede scholastica, funeribus et cantu nuptiali.

De mercede scholastica placet senatui, ut tenuioris fortunae cives eandem, quae hactenus usitata fuit, deinceps quoque numerent, nimirum singulis anni trientibus solidos binos. Opifices vero aliosque mediocres cives quaternos, mercatores autem et coctores cerevisiae aliorumque ordinum ditiores et honoratiores exsolvere iubet senos. Quod si quis considerata laborum scholasticorum multitudine et gravitate ultro plusculum addere voluerit, illius liberalitati modus non praescribitur. De didactro hoc modo collecto dimidiam partem primo rector percipiet. Reliqua dimidia rursus

dividetur in duas aequales partes, quarum una tribus praeceptoribus a rectore proximis cedet, altera in quinque caeteros collegas et cantores aequaliter distribuetur.

Ad funera vero et cantum nuptialem quod attinet, cum is, qui nunc est, rector ab istis oneribus immunis sit, nihil etiam ex pecunia, quae inde ad scholam redit, sibi assignari postulat, sed eam libenter reliquis collegis integram relinquit. Et funeralis quidem pecunia in capsellam collecta singulis anni trientibus vel etiam mensibus in octo aequales partes redacta inter caeteros collegas distribuetur. Ex funeribus autem opulentiorum, si tantum uno in templo pulsationes campanarum crebriores fiant, unum dalerum, si in duobus templis, duos, si in tribus aut omnibus quatuor parochialibus, tres vel quatuor daleros, ut antea etiam usitatum fuit, iidem accipient. Ex reliquis vulgarium hominum funeribus tantum scholae dabitur, quantum in politica senatus ordinatione ei destinatum est.

Pueris vero in funus prodituris munuscula usitata ante meridiem in schola vel templo scholae vicino distribuentur praesente aliquo ex defuncti amicis. Et quidem in schola hoc fiet, si simul omnibus, in templo vero, si tantum paucis aliquibus ex certa parochia ad hoc designatis in funus sit prodeundum. Ita enim eo citius ex funerum deductione ad intermissa exercitia poterunt redire et tempore pestis, tempestatum aut frigoris tam pueris quam aliis funeri operam dantibus minus erit periculi et molestiae.

Funera vero deinceps deducentur hora prima, ad quae certus puerorum numerus pro cuiusque voluntate et funeris qualitate vel ex his, qui currendae, quam vocant, intersunt vel etiam ex iis, qui quintae classis discipuli sunt, adiunctis paucis, qui Latinas cantiones modulari norunt, et quidem ex illis ipsis, e quibus mortuus efferendus est parochiis, deputetur. Pueris adiungatur unus aut duo ex collegis inferioribus, pro ut numerus puerorum maior aut minor est. Si vero totius scholae pueri in funeribus opulentiorum et honoratiorum petuntur, adsint inferiores collegae omnes cum uno ex quatuor magistris rectori proximis, pro ut quemlibet secundum vicissitudinem ordo tanget. In funeribus autem consulum, senatorum, professorum et concionatorum omnes collegae praeter rectorem pueros comitabuntur. Si plura simul erunt funera, tum qui in singulis parochiis ad id sunt constituti, ea quisque suo loco eoque, quo dictum est, modo deducent. In concione funebri aliquot saltem pueri cum uno ex cantoribus maneant, qui finita concione versiculos duos posteriores in funeribus usitatae Germanicae cantioni

subiungant. Reliqui pueri omnes in scholam ad exercitia et lectiones suas redeant. Harum caerimoniarum moderator erit cantor primarius, qui pro hoc ipso officio et molestia ante distributionem pecuniae collectae de singulis daleris binos solidos Lubecenses praecipiet.

Quantum iam attinet ad praemium musicae nuptialis, quod proximis annis in pecunia, ferculis et cerevisia nimis excrevisse multi queruntur, senatus mandat, ut deinceps duo daleri in universum scholae numerentur,[a]) quorum unus omnibus collegis simul cedat, ita tamen ut hinc etiam cantori primario duo solidi Lubecani praenumerentur. Alterum dalerum paedagogi et adolescentes studiosi, qui una cecinerunt, accipiant. Ut vero paedagogi, qui civium filios instituunt, officium canendi non detrectent, senatus apud cives suos facile se effecturum pollicetur.

Ad reliqua praeceptorum praemiola adventitia quod attinet, primum et antiquissimum est isagogicum, quod puer examinatus, antequam catalogo discipulorum inscribatur, praeceptori offerre solet. De eo alii opulentiores, alii tenuiores, alii liberaliores, alii tenaciores cum sint, nihil certi constitui potest, et illud ipsum munusculum merito rectori soli debetur.

Pro lignis quoque tres solidos Lubecenses antiquitus quilibet puerorum conferre solitus fuit. Eam pecuniolam deinceps colligi placet circa festum Bartholomaei,[3]) ut ligna in tempore emi possint. Quae cura uni ex civibus scholae inspectoribus incumbet, cui ipsi id, quod expendit, ex collatitia illa summa restituatur. Quod superest, inter rectorem et collegas omnes equaliter distribuatur. Caeterum reliqua quae paullatim in scholas irrepserunt honoraria, qualia sunt candelae, panis paschalis, munusculum, ut ita loquar Gregorianum et nundinale et reliqua eius generis, non quidem plane obolet senatus, sed ea cuivis libera relinqui et a solo rectore coetui scholastico pro tempore indici iubet, ita tamen ut non nominatim, quid aut quantum cuilibet afferendum sit, definiat, sed id liberae uniuscuiusque voluntati relinquat. Placet etiam, ut quilibet puerorum, qui potest et vult, praeceptori, in cuius classe instituitur, huiusmodi munuscula afferat. Ea autem, quae strenae et ramalium nomine olim collata sunt, senatus multis de causis plane abrogat.

a) verbessert aus numerenter.

[3]) 24. August.

## [VI.] De aliis quibusdam ad scholae constitutionem et conservationem pertinentibus.

I. Mandat senatus, ut una illa, de qua supra dictum est, grammatica gravi iudicio semel in scholam introducta perpetuo retineatur, ita ut nemini mutare eam liceat.

II. Praeterea ut et propter impensas institutionisque et instituentium dissimilitudinem bonorumque et fidelium praeceptorum paucitatem una tantum in urbe sit schola, in qua bonis litteris iuventus imbuatur, — scholae enim arithmeticae, in quas mercatores quoque et alii grandiores saepe non optimi cum commeent, non male ab hac schola seiungentur, ita tamen ut arithmetici illi pueros huic scholae destinatos ad se non alliciant aut recipiant, — quocirca senatus scholas omnes clandestinas et cubiculares, ut vocant, iubet aboleri et vult, ut singuli in unam hanc scholam suos liberos deducant, aut si id initio facere neglexerint et praepostera institutione eos corruperint pronuntiationeque vitiosa aut aliis ineptiis iterum dediscendis imbuerint, ut ii non ita facile et quidem duplicata aut triplicata etiam mercede in hanc scholam recipiantur.

III. Cum sicuti omnia alia, quae de novo inchoantur, ita haec quoque novae scholae constitutio multorum reprehensionibus, reformationibus, calumniis et iam nunc sit et deinceps quoque exposita sit futura, promittit senatus se nisi altera parte audita de nemine praeceptorum aliquid temere crediturum aut suspicaturum esse. Quis enim, si accusasse tantum sufficiat, innocens esse possit? Videat igitur quilibet, quibus fundamentis et rationibus querelae et accusationes suae nitantur.

IV. Cum rectore quoque et concilio academico transegit senatus de nemine advena vel inquilino in numerum studiosorum temere recipiendo, qui aut fundamenta grammaticae nondum sufficienter iecerit aut per aetatem seipsum, ut par est, regere nondum possit, effecit quoque, ut severe depositoribus a senatu academie mandatum sit, ne quem ex schola hac transfugam prius depositioni suae subiiciant quam testimonium a rectore scholae puerilis afferat, e quo constet eum bona cum venia et gratia dimissum esse.[4])

## [VII.] De custode seu famulo communi.

Ad exemplum aliarum inignobilium scholarum semper habeatur custos communis, ad quem commodius sustentandum pueri opu-

[4]) Diese Vereinbarung des Rates mit dem Rektor der Universität hinsichtlich der Aufnahme der Studierenden ist offenbar das erste Beispiel einer Art von Reifeprüfung.

lentiores singulis anni trientibus unum atque alterum semissem conferant. Eius officium erit rectori ad negocia scholastica expedienda praesto esse, fenestras et fores claudere, amissa in schola colligere et suis possessoribus praemiolo aliquo, si ditiores sint, interveniente restituere, pauperes singulis hebdomadibus bis ad purgandum auditoria schole adigere, fornaces et caminos, ne ab incendio periculum sit, sedulo subinde inspicere, denique ubi vel inchoanda vel intermittenda erunt exercitia scholastica, nola signum dare.

[VIII.] De vacationibus anniversariis.

Quod caret alterna requie, durabile non est.[5]) Ideoque ad aliarum nobilium scholarum exemplum vacationes certae et anniversariae tam discipulis quam praeceptoribus merito conceduntur. Clausa igitur sint auditoria singulis diebus Mercurii horis postmeridianis, item toto die Innocentum et Gregorii,[6]) duobus item diebus in Bacchanalibus[7]) diem dominicam proxime sequentibus; diebus quoque festis sanctorum (nisi quod precibus vespertinis singulos in suis templis interesse oportebit) reliquae horae postmeridianae vacent. Praeterea dies sequens ferias paschales; tres dies examina scholastica et diem progressionum sequentes. Item dies proxime sequentes festum Iohannis Baptistae et Michaelis; tres dies in nundinis[b]); dies promotionum et in renunciatione novi rectoris horae postmeridianae, quibus tamen posterioribus cavebitur, ut pueri memoriam exercentes non plane sint otiosi.

d.

## Der Professor und Schulrektor Nathan Chyträus fordert das Zusammenwirken von Schule und Haus.

[Rostock 1580.]

Peto autem, ut nihil de his omnibus inchoentur, nisi prius deo, sine cuius auxilio nihil feliciter et incipitur vel geritur, seriis et ardentibus precibus res tanti momenti publice aliquoties sit commendata et cives quoque una cum aliis de scholarum et instituti huius utilitate et necessitate suoque etiam officio accurate sint praemoniti. Praepostera enim sunt eorum iudicia, qui paenes solos praecep-

b) aus nondinis.

Zu 48d: Aus „ludi literarii etc.“, andere Hälfte des Prooemiums, Bogen B₂.

5) Horatius, Ars poet. 81.

6) 28. Dez. 12. März.

7) Fastnacht.

tores esse arbitrantur pueros ad morum elegantiam et mediocrem eruditionem perducere. Nisi enim parentum fides, industria et moderata severitas magistrorum diligentiae ex altera quasi parte respondeat eorumque laborem pro virili sua parte sublevet, nihil laudabile hic effici posse certissimum est. Faciant igitur domi quoque parentes, quod sui est officii, et sicuti amari, erudiri et laudibus excitari suos cupiunt, ita eosdem delinquentes obiurgari et castigari quoque non iniquo animo ferant, ne quod in schola exstruitur, id ipsi domestica indulgentia destruant.

e.

## Das Urteil des Professors und Schulrektors Nathan Chyträus über die Zahl der täglichen Unterrichtsstunden und das schulfähige Alter.

Rostock. 10. Mai 1580.

Was nu das jenige ..... belanget, nemlich, das etliche vermeinen, das die kinder nicht stunden gnug in die schul gehen, hatt es so ein gelegenheit, das inn den dreyen obersten classibus die knaben vier stund mit ihren ordinariis lectionibus und dann ein stund im schreiben unn ein stund in der musica und also alle tage, außgenommen den mitwochen und sonnabendt, gantzer sechs stund in der schul zubringen, welches meines erachtens wo nicht zuviel, dennoch ubrig genug ist, kan auch den magistris, die tag für tag vier gantzer stundt inn ihren classibus auffwarten mussen, mehr arbeit mit fug und billicheit nicht auffgeleget werden. Darzu ist es ein ander ding mit dem studiren und mit andern handtwercken, und kan einem die geschicklicheit und weißheit nicht auff ein mal, als wenn man ein scheffel korn in ein sack schüttet, eingegossen werden, sondern es hört mit guter bescheidenheit zeit und weil dazu, und wil solch handel mehr mit freud und lust denn mit zwang und uberdruß getrieben werden. Auch müssen die knaben zeit haben, daheim das jenige zu repetiren und außwendig zu lernen, auch zu componiren und abzuschreiben, was ihn teglich in der schule fürgeben und gelesen wirt, sonst ist aller kost und mühe vergebens und umb sonst. Uber das sollen sie frisch und gesundt bleiben (welches denn zum studiren hoch nötig), mussen

Zu 48 e: Aus demselben Buche und zwar aus der dem Prooemium vorangehenden Rede an Rat und Bürgerschaft von Rostock, datiert am Schluß: Rostock, den 10. Maii anno 1580, zusammen 22 S. Das Abgedruckte steht auf S. 5—14.

si jhe auch teglich ire leibes übung haben und nicht allezeit in einem winckel eingesperret sitzen und die nase, jedoch mit weinigem nutz und frommen, in den büchern haben. Daraus ein jeder vernunfftiger leichtlich zuerachten, das hierin dem ding mit verordnung der stunden mehr zu viel dann zu weinig geschehe. Denn sol ein knab neben seinen sechs stunden, die er in der schul ist, auch das ander, davon jetz meldung geschehen, teglich und mit vleiß verrichten und auch schier umb den andern tag die todten zur begrebnuß beleiten, wirdt im warlich nicht viel zeit ubrig sein. Was nun die aller kleinesten in quarta classe belanget, binn ich zwar erstlich für meine person in der meinung gewest, das man dieselbige alle tage uber zwo stund, eine für, die andere nachmittag nicht solte beschweren, das sie also mit lust lernen und nicht vor irer zeit uberteubet und uberblewet möchten werden. Dieweil aber dennoch der selbigen kinder eine zimliche anzal ist, die dann inn ihrem beten, buchstabiren und lesen sonderlich mussen unterwiesen und verhöret werden, habens die herrn verordneten für gut angesehen, das diesen kleinen kindern teglich vier stund zugeordnet möchten werden, welches auch ich umb vorgemelter ursach willen mir nicht hab mißgefallen lassen, und bin gentzlich der meinung, das den kleinen kindern ubrig gnug geschehe, und das sie auff keinen weg ohn ihren mercklichen schaden mit mehr stunden sollen oder können geplagt und beladen werden, die eltern wolten sie dann für der zeit selber thumm und uberdrüssig und zum nachfolgenden studiren undüchtig machen. Welches dann zwar auch aus der teglichen erfahrung und mit vieler fürnemer und hochverstendiger leut gezeugnis, wo es von nöten, konte dargethan und erwisen werden. Und ist sonderlich wol zu mercken, das der fürtreffliche und hochverstendige naturkündiger und philosophus Aristoteles imm ende seines siebenden buchs vom stadtregiment ungeferlich auf diese meinung schreibet, das man solchen kindern, ehe dann sie das sechst oder siebend jahr erreichen, keine schwere leibs oder vornunfft arbeit aufflegen sol oder etwas zu lernen oder begreiffen, es könne dann spielensweise geschehen, sie zwingen, damit nicht ihre natürliche krefft geschwecht werden und sie hernachmals zu der grösse und stercke ihres leibes nimmermehr kommen können, die sie sonst, wo sie in irer kindheit mit solcher unzeitigen arbeit verschonet, wol hetten erreichen können. Es wil aber eben derselbige hochweise man derwegen nicht haben, das solche kinder allezeit hinderm ofen stil sitzen und sich gantz und gar nich rühren und bewegen, auch nicht beten lernen sollen, sondern

